Et preteriēs vidit hoīem cecum a natiuitate. Et interrogauerūt eū discipli sui Rabbi. Quis peccauit hic an parētes eius vt cec⁹ nasceret: Rñdit Jhs. Neq; hic peccauit neq; pntes ei⁹ sz vt manifestent opa dei in illo. Me oportet opari opa eius qui misit me donec dies ē. Venit nox quando nemo potest opari. q̄diu sum in mūdo lux sum mūdi. Hoc cū dixisset expuit in terrā z fecit lutū ex sputo z liniuit lutū sup oculos eius et dixit ei. Vade z laua in natatoria syloe quod interpretat missus. Abiit ergo z lauit z venit videns Itaq; vicini z qui viderant eum prius q̄ mēdicus erat dicebāt. Hōne hic est qui sedebat z mendicabat: Alii dicebant q̄ hic est. Alii aut̄ /nequaq̄ sed similis eius est Ille vero dicebat. q̄ ego sum. Dicebāt ergo ei. Quomō aperti sunt tibi oculi: Rñdit. Ille homo qui dicit Jesus lutū fecit z vnxit oculos meos z dixit mihi. Vade ad natatoria syloe z laua z abiit z laui z video. Dixerūt ei. Vbi est ille: Ait nescio Adducunt eū ad phariseos qui cec⁹ fuerat. Erat aut̄ sabbatū quādo lutū fecit Jesus z aperuit oculos eius Iterū ergo interrogabāt eū pharisei quomodo vidisset. Ille autem dixit eis. Lutū posuit mihi sup oculos z lauit z video. Dicebāt ergo ex phariseis q̄dam. Non est hic homo a deo qui sabbatum nō custodit Alii dicebāt. Quomodo pōt homo pctōr hec signa facere: Et scisma erat inter eos. Dicūt ergo ceco iterū. Tu q̄d dicis de eo qui aperuit tibi oculos tuos: Ille aut̄ dixit quia prophēta est. Nō crediderūt ergo iudei de illo q̄ cecus fuisset z vidisset donec vocauerūt pentes eius qui viderat. Et interrogauerūt eos dicētes. Hic filius vester est quē vos dicitis. q̄ cecus natus est: quomō ergo nunc videt: Rñderunt ergo eis pentes ei⁹ z dixerunt. Scimus q̄ hic est fili⁹ noster z q̄ cec⁹ natus est. quomō aut̄ nunc videat nescim⁹ aut quis aperuit oculos ei⁹ nos nescim⁹ ipsum interrogate. etatē habet ipe de se loquat. Hec dixerūt pentes eius q̄ timebāt iudeos. Jam enī cōspirauerāt iudei vt si quis confiteret eū esse christū extra synagogā fieret. propterea pntes ei⁹ dixerūt etatem habet ipm interrogate. Vocauerunt ergo rursum hoīem qui cec⁹ fuerat z dixerūt ei. Da gloriā deo. Nos scim⁹ quia hic homo pctōr est Dixit ergo ille. si peccator est. nescio. Unū scio. q̄ cum cecus essem modo video Dixerūt ergo illi. Quid fecit tibi: quomodo aperuit tibi oculos: Rñdit eis. Dixi vobis iam z audistis. Quid iterum vultis audire: Nunq̄d z vos vultis discipuli eius fieri: Maledixerūt ei z dixerūt Tu discipulus illius sis. nos aut̄ moysi discipuli sumus Nos scim⁹ quia moysi locutus est de⁹. Hunc aut̄ nescimus vñ sit Rñdit ille homo z dixit eis. In hoc mirabile est. quia vos nescitis vnde sit z aperuit oculos meos: Scim⁹ aut̄ q̄ peccatores deus nō audit. sed siq̄s dei cultor est z voluntatē eius facit. hūc deus exaudit. A seculo nō est auditū quia q̄s aperuit oculos ceci nati. nisi esset hic a deo/nō poterat facere quicq̄. Respondērūt z dixerūt ei. In peccatis nat⁹ es totus z tu doces nos: Et eiecerūt eum foras. Audiuit Jesus quia eiecerūt eum foras z cū inuenisset eū dixit ei. Tu credis in filiū dei: Respondit ei et dixit. Quis est dñe vt credā in eū Dixit ei Jesus. Et vidisti eū et qui loq̄tur tecum ipse est. At ille ait. Credo domine. Et procidens adorauit eū. Et dixit ei Jesus. Ju in iudicium ego veni in hūc mundū vt qui nō vident videāt. z qui vident ceci fiant. Et audierūt ex phariseis qui cū ipso erant. et dixerūt ei. Nunq̄d z nos ceci sumus: Dixit eis Jesus si ceci essetis nō haberetis pctm

Nunc vero quia dicitis quia videm⁹ pec
catũ vestrũ manet.

De sermone chri-
sti. Ego sum pastor bonus. Johan. x.

Capitulum. lxxxij.

Amen amẽ dico vobis qui nõ in-
trat ꝑ ostiũ in ouile ouiũ: ꝫ ascen-
dit aliunde ille fur est ⁊ latro. Qui autẽ in
trat ꝑ ostium hic pastor est ouiũ huic osti
arius aꝑit ⁊ oues vocẽ eius audiunt ⁊ ꝓpri
as oues vocat noĩnatim ⁊ educit eas. Et
cum ꝓprias oues emiserit vadit ante eas.
⁊ oues illũ sequũtur quia sciũt vocẽ eius.
Alienũ autẽ non sequũtur / sed fugiũt ab
eo quia nõ nouerũt vocẽ alienorũ Hoc ꝓ
uerbiũ dixit eis Jesus Illi autẽ nõ cogno
uerũt quid loq̃retur eis. Dixit ergo eis ite
rũ Jesus. Amẽ amen dico vobis quia ego
sum ostiũ ouiũ. Om̃es quotq̃t venerunt
fures sunt ⁊ latrones sed nõ audierũt eos
oues. Ego sum ostiũ. per me siq̃s introie
rit / saluabit̃ ⁊ ingredietur ⁊ egredietur ⁊ pa-
scua inueniet. Fur autẽ nõ venit nisi vt fu
ret̃ ⁊ mactet ⁊ ꝑdat Ego veni vt vitã habe
ant ⁊ abũdantius habeant. Ego sum pa-
stor bonus. bon⁹ pastor dat animã suam
pro ouib⁹ suis. Mercenarius autẽ ⁊ qui
nõ est pastor cui⁹ nõ sunt oues ꝓprie. vidꝫ
lupũ venientẽ ⁊ dimittit oues ⁊ fugit ⁊ lu
pus rapit ⁊ disꝑgit oues Mercenari⁹ aũt
fugit quia mercenari⁹ est ⁊ nõ ꝑtinet ad eũ
de ouib⁹ Ego sum pastor bon⁹ ⁊ ꝯgnosco
oues meas ⁊ ꝯgnoscũt me mee. Sic̃ no
uit me pater ⁊ ego agnosco patrẽ et aĩam
meã pono pro ouib⁹ meis. Et alias oues
habeo que nõ sunt ⁊ hoc ouili ⁊ illas opor
tet me adducere ⁊ vocẽ meam audiẽt et fi-
et vnũ ouile ⁊ vnus pastor ꝓpterea me pa-
ter diligit q̃ ego pono animã meã ⁊ iterũ
sumã eam Nemo tollit eã a me sed ego po
no eã a meip̃o. ꝑtãtem habeo ponẽdi ani
mã meã ⁊ potestatẽ habeo iterum sumẽdi
eã. Hoc mandatũ accepi a patre meo Dis
sensio iterũ facta est inter iudeos ꝓpter ser
mones hos. Dicebant autẽ multi ex his.
Demoniũ habet ⁊ insanit. quid eũ audi-
tis? Alij dicebãt hec verba nõ sunt demo-
niũ habentis. Nunq̃d demoniũ potest ce
coꝝ oculos aꝑire?

De solutiõe didra
gmatis. M. xvij. R. ix.

Capitulum. lxxxiij.

Et. R. venerũt capharnaũ et cum
venissent. M. capharnaũ accesse-
runt qui didragma accipiebãt ad
Petrũ et dixerunt ei Magister vester non
soluit didragma. Et ait Etiam. Et cũ in-
trasset in domũ. preuenit eũ Jesus dicẽs.
Quid tibi videtur Symon? Reges terre
a quib⁹ accipiunt tributũ vel censum. a fi-
lijs suis an ab alienis? Et ille dixit Ab ali
enis Et dixit ei Jesus. Ergo liberi sunt fi
lij. Vt autẽ non scandalizemus Vade ad
mare ⁊ mitte hamũ. et eũꝫ piscẽ qui prim⁹
ascenderit tolle ⁊ aperto ore eius. inueni-
es staterẽ. illum sumẽs da eis pro me ⁊ te.

De contentione di
scipulorum quis eorũ videret̃ esse maior
⁊ de doctrina christi M. xviij. R. ix. L. ix

Capitulum. lxxxiiij.

In illa M. hora ĩtrauit. L. in eos
cogitatio quis eorum videret̃ esse
maior. At Jesus videns cogitatõ
nes cordis eorũ cum. R. domi esset inter-
rogabat eos Quid in via tractabatis? At
illi tacebant. Siquidẽ in via inter se di-
sputauerãt. quis esset illorũ maior. Acces
serunt. M. discipuli ad Jesum dicentes.
Quisputas maior est in regno celoꝝ? Et
R. residens vocauit duodecĩ. et ait illis.
Siquis vult prim⁹ esse. erit omniũ nouis
simus et omniũ minister. Et. M. aduo-
cans Jesus paruulũ accipiens. R. appre-
hendit. L. et statuit. M. eũ secus se in me
dio. M. eorum. Quem. R. cum cõplexus
esset: ait illis. Amen. M. dico vobis. Ni-
si cõuersi fueritis ⁊ efficiamini sicut ꝑuu-
li nõ intrabitis in regnũ celorum. Quicũ
q̃ ergo humiliauerit se sicut ꝑuulus iste /
hic maior est in regno celorũ. Et qui su-
sceperit. vnũ paruulũ talem in noĩe meo.
me suscipit. Et. R. quicũq̃ me susceperit
nõ solum me suscipit / sed eũ qui misit me.
Nam q̃ minor. L. est inter vos om̃es. hic
maior est. Qui. M. autẽ scandalizauerit
vnũ de pusillis istis minimis q̃ in me cre
dunt expedit bonũ. R. est ei magis vt M.
suspendatur mola asinaria in collo eius ⁊
dimergat̃ in profundũ maris. Ve mũdo
a scandalis. Necesse est enĩ vt veniãt scan
dala. verũtamẽ ve homini illi ꝑ quẽ scan-
dalum venit. Si M. autẽ. R. manus tua
scandalisat te abscide eã et proijce abs te.

BIBLIOTECA UNIWERSYTECKA POZNAN

Bonum. R. est tibi debilem vel claudum M. introire in vitam q̄z duas manus vel duos. M. pedes habentē mitti in gehennā ignem. M. eternū inextinguibilē R. vbi vermis eorū non morit̄ z ignis nō extinguit̄. Et si pes tuus scādalisat te. amputa illum. bonuz est tibi claudū intrare in vitam eternaz q̄z duos pedes habentē mitti in gehennā ignis inextinguibil' vbi vermis eorū non morit̄ z ignis nō extinguitur. Et M. si oculus tu⁹ scandalisat te erue eum z proīce abs te. Bonū. R. est tibi luscō cū M. vno oculo vitam intrare regnum R. dei q̄z duos oculos habentē mitti in gehennā ignis vbi vermis eorū non morit̄ z ignis nō extinguit̄. Oīs enī victima igne salietur z oīs victima sale salietur. Bonum est sal q̄ si sal insulsum fuerit in quo illō condiens? Habete in vobis salem. et pacem habete inter vos. Videte. M. ne cōtemnatis vnū ex his pusillis. Dico enī vobis quia angeli eorū in celis semp̄ vident faciē patris mei q̄ in celis est. venit enī filius hois saluare quod ꝑierat. Quid vobis videt̄? Si fuerint alicui centū oues. errauerit vna ex eis. Nonne relinquit nonagintanouē in montez vadit querere eam q̄ errauerat. Et si cōtigerit vt inueniat eā. Amen dico vobis. q̄ gaudet sup eam magis q̄z super nonagintanouē que nō errauerūt Sic nō est voluntas ante patrē vestrū qui in celis est vt peat vnus de pusillis istis.

De correptione fraterna. M. xviij. L. xvij.

Capitulum. lxxxv.

Attendite vobis si. M. autē peccauerit in te frater tuus. Vade et corripe. increpa. L. illū inter M. te z ipm solum. Si audierit te z penitentiam. L. egerit. dimitte illi. lucratus. M. es fratrē tuum. Et. L. si septies in die peccauerit in te z septies in die ad te cōuersus fuerit dicens penitet me dimitte illi. Si M. autē non te audierit adhibe tecuz adhuc vnum vl' duos vt in ore duoꝝ testiū vel trium stet oīe verbum. q̄ si nō audierit eos dic ecclesie. Si autē z ecclesiam nō audierit sit tibi sicut ethnicus z publicanus. Amen dico vobis quecūq̄z alligaueritis sup terram. erunt ligata et in celis et quecūq̄z solueritis super terrā erunt soluta z in celis. Iterū dico vobis quia si duo ex vobis cōsenserint super terrā de oīi re quamcūq̄z petierint /fiet illis a patre meo qui in celis est. vbi enim sunt duo vel tres cōgregati in nomine meo ibi sum in medio eorū. Tunc accedēs Petrus ad eum dixit Domine quotiēs peccabit in me frater meus z dimittā illi. Vsq̄z septies? Dixit illi Jesus. Nō dico tibi vsq̄z septies sz vsq̄z septuagies septies.

De seruo nequam cui oē debitū dimissum fuerat. M. xviij.

Capitulum. lxxxvi.

Ideo assimilatū est regnum celoꝝ homini regi qui voluit ratōnem ponere cum seruis suis. Et cum cepisset ratōem ponere oblatus est ei vn⁹ qui debebat decē milia talenta. Cum autem nō haberet vnde redderet. iussit eum dominꝰ venūdari z vxorē eius et filios et oīa que habebat z reddi. Procidēs autem seruꝰ ille rogabat cum dicēs. Patientiam habe in me z oīa reddā tibi. Misertus autē dominꝰ serui illi⁹. dimisit euz. et debitum dimisit ei. Egressus autē seruus ille inuenit vnū de cōseruis suis qui debebat centū denarios z tenens suffocabat eum dicēs. Redde quod debes. Et procidens cōseruus eius rogabat eū dicens. Patientiā habe in me z oīa reddā tibi. Ille autē noluit sed abijt z misit eū in carcerē donec redderet debitū. Videntes autem cōserui eius que fiebāt ꝑtristati sunt valde. et venerunt et narrauerūt domino suo oīa que facta fuerāt. Tunc vocauit illum dominꝰ suus z ait illi. Serue ne quā oīe debitū dimisi tibi quoniā rogasti me. Nonne ergo oportuit z te misereri conserui tui sicut z ego tui misertus sum? Et iratus dominꝰ eius tradidit eū tortoribus quoad vsq̄z redderet vniuersum debitum. Sic et pater meus celestis faciet vobis si nō remiseritis vnusquisq̄z fratri suo de cordibus vestris.

De illo qui eiciebat demonia z nō sequebat̄ christū. R. ix. L. ix.

Capitulum. lxxxvij.

Respondens. L. autē illi. R. Johannes dixit. Preceptor. L. magister. R. vidimus quendā in nomine tuo eiciētē demonia et ꝓhibuim⁹

eum quia nõ sequit̃ te nobiscũ. Et ait ad illos Jesus. Nolite prohibere. Nemo est qui faciat virtutẽ in nomine meo & possit cito male loqui de me. Qui. R. L. enī nõ est aduersum vos p nob est. Quisqs. R. vobis potũ dederit calicẽ aque frigide in nomine meo quia christi estis. Amẽ dico vobis nõ perdet mercedẽ suam.

De aduentu christi

in fines iudee & q discipuli nõ timeãt eos qui occidũt corpus nec vult christus diuidere hereditatem. M. xviij. & supra. c. R. & L. xij. Capitulum. lxxxviij.

Et. M. factũ. L. est cũ consumasset sermones istos Jesus inde exurgens & migrauit. M. a galilea & venit in fines iudee trans iordanẽ & secute sunt eum turbe multe. Et cõuenerunt R. iteruz turbe ad eum & curauit. M. eos ibi et. L. sicut consueuerat iterũ docebat eos. Multis autẽ turbis circunstãtib9 ita vt se inuicẽ conculcarẽt cepit dicere ad discipulos suos Attẽdite a fermento phariseorũ quod est ypocrisis. Nihil autem opertũ est quod nõ reueletur neq; absconditum quod nõ sciatur quoniã que in tenebris dixistis. in lumine dicẽtur & quod in aure locuti estis in cubilib9 predicabitur in tectis. Dico autẽ vobis amicis meis ne terreamini ab his qui occidũt corp9 et post hoc nõ habent amplius quid faciant. Ostẽdam autem vobis quẽ timeatis timete eum qui postq; occiderit habet potestatẽ mittere in gehennã. Jta vobis dico hunc timete. Nonne quinq; passeres veneũt asse. M. dipondio. L. et vnus in illis nõ est in obliuione coram deo non. M. cadit. R. in terrã sine patris vestri voluntate. Sz & capilli capitis vestri omes numerati sunt. Nolite ergo timere multis passeribus meliores M. pluris. L. estis vos dico. J. autẽ. M. vobis quicũq; me confessus fuerit coram hominib9 & filius hominis confitebit̃ eum coram angelis dei. Qui autẽ negauerit me coram hominibus denegabit̃ coram angelis dei. Et omnis qui dicit verbũ in filiũ hominis remittetur illi. Si autẽ in spiritũ sanctũ blasfemauerit nõ remittetur ei. Cum autẽ inducent vos in synagogas et ad magistratus et potestates nolite soliciti esse qualit̃ aut quid respondeatis aut quid dicatis. spiritus enīz sanctus docebit vos in ipsa hora quid oporteat vos dicere. Ait autẽ illi quidã de turba. Magister dic fratri meo vt diuidat mecũ hereditatẽ. Et dixit ei homo quis me constituit iudicẽ & diuisorem sup vos. Dixitq; ad illos. Videte & cauete ab omni auaricia quia nõ in abundantia cuiusq; vita ei9 est ex his que possidet.

De diuite habente fructũ abundantiã & ne discipuli soliciti sint. Luce. xij.

Capitulum. lxxxix.

Dixit autem similitudinẽ ad illos dicens hominis cuiusdã diuitis vberes fructus ager attulit & cogitabat intra se dicens q̃d faciam q̃ nõ habeo quo cõgregem fructus meos. Et dixit hoc faciam destruam horrea mea & maiora faciam & illuc cõgregabo omnia que nata sunt mihi et bona mea & dicaz anime mee. Anima mea habes multa bona posita in annos plurimos. requiesce comede bibe epulare. Dixit autem illi deus/ stulte hac nocte repetent animã tuam a te. que autez parasti cuius erũt. Sic est qui sibi thesaurizat et nõ est in deũ diues. dixitq; ad discipulos suos. Jdeo dico vobis Nolite soliciti esse anime vestre quid manducetis neq; corpori vestro quid vestiamini Anima enim plus est q̃ esca & corp9 plus q̃ vestimẽtum. Considerate coruos quia nõ seminãt neq; metunt. q̃bus non est cellariũ neq; horreũ & deus pascit illos. quãtomagis vos estis pluris illis. Quis autem vestrũ cogitãs potest ad staturam suam adijcere cubitũ vnum. Si ergo neq; quod minimũ est potestis quid de ceteris soliciti estis. Considerate lilia agri quomodo crescunt/ non laborant. neq; nent. Dico autẽ vobis quia nec Salomon in omĩ gloria sua vestiebat̃ sicut vnũ ex istis. Si autẽ fenum quod hodie in agro est et cras in clibanũ mittit̃ deus sic vestit. quãtomagis vos pusille fidei. Et vos nolite querere quid manducetis aut quid bibatis & nolite in sublime tolli. Hec enī om-

Multa que hic ponunt̃ posita sunt supra sentẽtialit̃ vel ẽt in verbis in sermone in monte.

nia gentes mūdi querūt. pater autē vester
scit quoniā his indigetis. Verumtamen
primū querite regnū dei z hec oīa adīcient vobis. Nolite timere pusillus grex qz
complacuit patri vestro vobis dare regnū
Vendite que possidetis / et date elemosynam. Facite vobis sacculos / qui nō vetustascunt. thesaurū non deficientē in celis /
quo fur nō appropiat. neqz tinea corrumpit. Ubi enim thesaurus vester est ibi z cor
vestrū erit. Dicebat autē ad turbas. Cum
videritis nubem orientē ab occasu statim
dicitis nimbus venit z ita fit. Et cum austrum flātez / dicitis quia estas erit z ita fit
Ypocrite faciem celi et terre nostis probare. hoc autē tempus quomodo nō probatis? Quid autē et a vobisipsis non iudicatis quod iustū est? Cum autē vadis cū
aduersario ad principē in via da operam
liberari ab illo ne forte trahat te apud iudicem. z iudex tradat te exactori z exactor
mittat te in carcerem. Dico tibi quia non
exies inde donec etiam nouissimū minutum reddas.

De galileis occisis

et de ficulnea. Luce. xiij.

Capitulum. xc.

Herant autē quidā illo tēpore nūciantes illi de galileis quorū sanguinē Pilatus miscuit cum sacrificijs eorum. Et respondēs dixit illis. Putatis q hi galilei pre oīnibus galileis peccatores fuerūt quia talia passi sunt? Non Dico vobis. sed nisi penitētiā egeritis similiter oīes pibitis. Sicut z illi. xviij. super quos cecidit turris in syloe et occidit eos. Putatis quia z ipsi debitores fuerunt pter oīes homīes habitātes in hierusalem? Non. Dico vobis / sed si non penitētiam egeritis oīes similiter pibitis.
Dicebat autē hanc similitudinē. Arborē
ficī habebat quidā plantatā in vinea sua
z venit querēs fructuz in illa z nō inuenit
Dixit autem ad cultorē vinee. Ecce anni
tres sunt exquoveni querens fructū in ficulnea hac. z nō inuenio. Succide ergo
illam / vt quid etiā terrā occupat? At ille
respondēs dixit illi. Domine dimitte illā
et hoc anno vsqz dum fodiā circa illam et
mittam stercora. z siquidem fecerit fructū
bene. Sin autē in futurū succides eam.

De muliere incurvata. L. xiij.

Capitulū. xci.

Erat autē in synagoga eorum docens sabbatis Et ecce mulier que
habebat spiritū infirmitatis annis decem z octo z erat inclinata nec oīmino poterat sursum respicere. Quā cum vidēret Jesus vocauit ad se z ait illi Mulier
dimissa es ab infirmitate tua. z imposuit
illi manus z cōfestim erecta est z glorificabat deum. Respōdens autē archisynagogus indignās / quia sabbato curasset Jesus / dicebat turbe sex dies sunt in quibus
oportet operari. in his ergo venite z curamini z nō in die sabbati. Respondit autē ad
illum dominꝰ z dixit Ypocrite vnusquisqz
vestrū sabbato nō soluit bouē suū aut asinum a psepio z ducit adaquare? Hanc autem filiā abrae quā alligauit sathanas ecce decez z octo annis nō oportuit solui a
vinculo isto in die sabbati? Et cū hec diceret. erubescebāt oīes aduersarij eius. et
oīnis populus gaudebat in vniuersis que
gloriose fiebant ab eo.

De interrogatōne

iudeorū an liceat vxorē dimittere. M. xix
R. x. L. xvi. Capitulum. xcij

Et. M. accesserūt pharisei tentantes eum atqz dicentes Si licz hoī
dimittere vxorē quacunqz ex causa? At. R. ille respondēs ait. Quid vobis
precepit Moyses? Qui dixerūt Moyses
pmisit libellū repudij scribere z dimittere
Qui. M. respōdens ait illis. Nō legistis
quia qui fecit hominē ab initio creature.
R. masculū. M. R. z feminā fecit eos deus. Et dixit propter hoc relinquet homo
patrē z matrē z adherebit vxori sue z erūt
duo in carne vna. Itaqz iam nō sunt duo
sed vna caro. Quod ergo deus coniunxit
homo nō seperet. Dicūt. R. illi. Quid. M.
ergo moyses mādauit dari libellū repudij
z dimittere? Ait ill. Quoniā. M. R. moyses ad duriciā cordis vestri pmisit vobis
dimittere vxores vestras. z scripsit vobis
preceptū istud. Ab initio. M. autē nō fuit sic. Et. R. in domo iterū discipuli eius
interrogauerūt eū. Et ait illis. Dico. M.
autē vobis quia. M. R. quicūqz dimiserit vxorē suam nisi ob fornicatōem. z aliā

duxerit mechatur. et. R. adulteriū cōmittit super eā. et. R. qui. L. dimissam a. L. viro duxerit mechat. Et si uxor dimiserit virū suum z alij nupserit mechat. Dicūt. D. ei discipuli eius. Si ita est causa hominis cum uxore non expedit nubere. Qui dixit. Non oēs capiunt verbū istud sed quibus datū est. Sunt enī eunuchi qui de matris utero sic nati sunt. Et sunt eunuchi qui facti sunt ab hominib. Et facti sunt eunuchi qui seipos castrauerūt vel eunuchi sauerūt propter regnū celorū. Qui potest capere capiat.

De parulis oblatis. M. xix. R. x. Luc. xviij. La. xciij.

Tunc M. oblati. R. sunt ei puuli infantes. L. ut. L. tāgeret. R. eos z manus. M. imponeret z oraret Quod L. cum viderent discipuli increpabant L. M. illos z cōminabātur. R. offerētib. Quos cū vidisset indigne tulit Jesus. L. autē cōuocans illos dixit. M. eis R. Sinite. M. R. L. paulos venire ad me/et nolite prohibere eos taliū est enī regnum celorū Et dixit. R. Amen. R. dico L. vobis quicūq; nō acceperit regnū ut puer nō intrabit in illud. Et complexās illos et imponēs manus sup eos benedicebat illos. Et. M. cū imposuit eis manus abiit inde.

De filio prodigo

L. xv. Capitulum. xciiij.

Erant autē appropinquantes ei publicani et peccatores ut audirent illum. Et murmurabant scribe et pharisei dicētes/ quia hic peccatores recipit et manducat cum illis. Et ait ad illos parabolam istam dicēs. Quis ex vobis homo qui hz centū oues etsi perdiderit unā ex illis. Nonne dimittit nonagintanouē in deserto z vadit ad illā que perierat donec inueniat illaz? Et cū inuenerit illā imponit in humeros suos gaudēs z veniēs domū conuocat amicos et vicinos dicēs illis Congratulamī mihi. quia inueni ouē meam que perierat. Dico vobis q; ita erit gaudiū in celo sup uno peccatore penitētiam agente q; sup nonagintanouē iustis qui nō indigent penitentia. Aut que mulier habens dragmas decē etsi perdiderit dragmā unam. Nonne accendit lucernā. et euertit domū z querit diligenter donec inueniat? Et cū inuenerit conuocat amicos z vicinos dicens. Congratulamī mihi/quia inueni dragmā quam pdideram Ita dico vobis gaudiū erit āgelis dei super uno peccatore penitētiam agente. Ait autē. Homo quidā habuit duos filios. z dixit adolescentior ex illis patri. Pater da mihi portionē substantie que me cōtingit Et diuisit illis substātiam Et nō post multos dies cōgregatis oīb; adolescentior filius pegre profectus est in regionem longinquā et ibi dissipauit substantiā suam viuendo luxuriose. Et postq; oīa cōsumpsisz facta est fames valida in regiōe illa z ipe cepit egere/ z abiit z adhesit uni ciuium regiōis illius z misit illum in villā suam ut pasceret porcos. Et cupiebat vētrem suū implere de siliquis/ quas porci manducabant z nemo illi dabat. In se autez reuersus dixit Quāti mercenarij in domo patris mei abūdant panibus. et ego hic fame pereo. z Surgam z ibo ad patrē meū z dicam illi. Pater peccaui in celū et corā te. z iam nō sum dignus vocari filius tuus. fac me sicut unū de mercenarijs tuis Et surgens venit ad patrē suum. Cuz autem adhuc longe esset. vidit illū pater suus z misericordia motus est. Et occurrēs cecidit sup collum eius z osculatus est eū. Dixitq; ei filius. Pater peccaui in celum et corā te/iam nō sum dignus vocari filius tuus. Dixit autē pater ad seruos suos Cito pferte stolam primā z induite illū z date annulū in manu ei9 z calciamēta in pedes ei9 z adducite vitulū saginatū z occidite z manducem9 z epulemur q; hic filius meus mortuus erat z reuixit pierat z inuētus ē Et ceperūt epulari. Erat autē filius eius senior in agro. Et cum veniret z approp̄inquaret domui: audiuit symphoniā z chorum. z vocauit unū de seruis. z interrogauit que hec essent Jsq; dixit illi Frater tuus venit z occidit pater tuus vitulū saginatum q; saluū illū recepit. Indignatus est autē z nolebat introire. Pater ergo illius egressus cepit rogare illū At ille rñdēs patri suo dixit. Ecce tot ānis seruio tibi z nūq; mādatū tuū pterui z nūq; dedisti mihi edū ut cū amicis meis epularer. sz p9 q; hic filius tuus q; deuorauit substaz suā cū meretrici

bus venit. occidisti illi vitulū saginatum. At ipse dixit illi. Fili tu semper mecū es et omnia mea tua sunt epulari autē ꝛ gaudere oportebat quia frater tuus hic mortuꝰ erat ꝛ revixit. perierat ꝛ inuentus est.

De adolescēte que

rente quid faciēdo vitā possideret. M. xix R. x. Lu. xviij.

Capitulum. xcv.

Abijt M. inde Jesus et. R. cum ingressus esset in via. Et ecce. M. vnus princeps. L. ꝑcurrens. R. et accedens. M. genu. R. flexo ante eum interrogabat. L. et rogabat. R. illum dicens Magister. M. bone. R. quid. L. boni. M. faciendo. L. vitam eternā possidebo. Dixit ei Jesus. Quid M. me interrogas de bono? Unus est bonꝰ deus Nemo R. L. bonus nisi solus deus. Si. M. autem vis ad vitam ingredi serua mandata Precepta R. L. nosti? Dixit M. illi Que Jesus autē dixit illi. Non M. homicidiū R. L. facies. Non adulteraberis. Non facies furtum. Non falsum testimoniū dices. Ne. R. fraudē feceris. Honora. M. R. L. patrē tuum ꝛ matrē tuam. Diliges M. proximū tuum sicut teipm. Dixit illi adolescens. Hec. M. omnia. R. custodiui. L. a iuuentute mea. Quid. M. adhuc mihi deest Jesus. R. autē intuitus est eum dilexit eum. Quo. L. audito Jesus ait. Adhuc vnū tibi deest. Si vis. M. perfectus esse vade et. M. vende. R. L. omnia que habes ꝛ da paupibus ꝛ habebis thesaurū in celo ꝛ veni et sequere me. Cū M. autē audisset adolescens verbū. contristatus in verbo abijt M. R. tristis. M. ꝛ merens R. Erat. M. R. enī habens multas possessiones. et dives. L. valde. Videns autē Jesus tristē factū ait discipulis. M. suis. R. Quam. R. L. difficile qui pecuniam habēt in regnū dei intrabūt. Amen M. dico vobis quia dives difficile intrabit in regnū celorū. Discipuli. R. autē obstupescebāt in verbis eius. At Jesus rursus respondēs ait illis. Filioli cꝫ difficile est cōfidētes in pecunijs in regnū dei introire. Et iterū. M. Dico vobis facilius M. R. L. est camelū per foramē acus trāsire cꝫ divitē intrare in regnū celorū. in regnum. R. L. dei. Auditis. M. autē bis discipuli mirabant valde. Quidā. R. qui L. hoc audiebant magis admirabant dicentes. M. R. L. ad seipsos. R. et. L. ās M. potest saluus fieri? Et intuēs. R. M illos Jesus ait illis. Apud. M. homines hoc impossibile est/ sed apud deū omnia possibilia sunt. que. L. impossibilia sunt apud hoīes. possibilia sunt apud deum.

De interrogatōne

Petri Ecce nos reliq̄mus omnia quid ergo erit nobis M. xix. R. x. L. xviij.

Capitulum. xcvi.

Tunc. M. respondēs Petrus ceꝫpit. R. ei dicere. Ecce. M. nos. R reliq̄mus. M. omnia ꝛ secuti sumus te. quid. M. ergo erit nobis. Respōdens. R. Jesus ait eis. L. Amen. M. dico vobis q̄ vos qui secuti estis me in regeneratiōe cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue. sedebitis et vos sup sedes duodecim iudicantes duodecim tribꝰ isrāel. Et oīs qui reliquerit domū. R. L. vl fratres aut sorores aut patrē aut matrem aut vxorē aut filios aut. M. agros. R. L propter. M. nomen meū. propter. R. me et propter euangeliū et. L. propter regnū dei. centuplū. M. accipiet multo. L. plura nunc. R. in hoc. L. tempe domos fratres ꝛ sorores ꝛ se et matrē et filios ꝛ agros cum ꝑsecutōnibus et. R. in seculo futuro vitam eternā possidebit. M. Multi. R. M. autem primi erūt nouissimi ꝛ nouissimi primi.

De operarijs in vi

neam missis. M. Capitulum. xcvij

Simile est regnum celorū homini patrifamilias qui exijt primo mane conducere operarios in vineaꝫ suam. Conuentiōe autē facta cum operarijs ex denario diurno misit eos in vineaꝫ suam. Et egressus circa horaꝫ tertiā vidit alios stantes in foro ociosos ꝛ dixit illis. Jte ꝛ vos in vineam meā et quod iustum fuerit dabo vobis/ illi autē abierunt. Jte rum autē exijt circa horam sextā ꝛ nonaꝫ ꝛ fecit similiter. Circa vndecimā vero exijt et inuenit alios stantes ꝛ dicit illis Quid hic statis tota die ociosi? Dicunt ei q̄ nemo nos conduxit Dicit illis Jte et vos in vineā meam. Cum sero factum esset dicit

dominus vinee ꝓcuratori suo. Voca operarios ⁊ redde illis mercedē incipiēs a nouissimis vsq̄ ad primos. Cū venissent ergo qui circa vndecimā horam venerāt acceperūt singulos denarios Veniētes aūt et primi arbitrati sunt ꝙ plus essent accepturi. Acceperunt autē ⁊ ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabāt aduersus patrēfamilias dicētes. Hi nouissimi vna hora fecerūt ⁊ pares illos nobis fecisti qui portauim⁹ pōdus diei ⁊ estus? At illi respondens vni eorū dixit. Amice non facio tibi iniuriā. Nonne ex denario conuenisti mecū. tolle quod tuū est et vade. Volo aūt et huic nouissimo dare sicut et tibi Aut nō licz mihi facere quod volo? An oculus tuus nequā est q̄ ego bonus sum. Sic erūt nouissimi primi ⁊ p̄mi nouissimi. Multi sunt enī vocati pauci vero electi.

De interrogatōne

facta christo si pauci fiant salui et ꝙ herodes querebat eū occidere. L. xiij.

Capitulum. xcviij.

Et ibat per ciuitates ⁊ castella docens ⁊ iter faciens in hierusalem. Ait autē illi quidam. Domine si pauci sunt q̄ saluantur? Iterū autez dixit ad illos. Cōtendite intrare per angustaz portā quia multi dico vobis querēt intrare ⁊ non poterūt. Cum autē intrauerit paterfamilias ⁊ clauserit ostiū incipietis foris stare et pulsare ostiū dicētes. Domine aperi nobis. ⁊ respōdens dicet vobis. Nescio vos vnde sitis. Tūc incipietis dicere māducauimus corā te ⁊ bibimus ⁊ in plateis nostris docuisti ⁊ dicet vobis. Nescio vos vnde sitis. Discedite a me om̄es opa rij iniq̄tatis. ibi erit fletus et stridor dentium. Cū videritis abraā ⁊ ysaac ⁊ iacob et om̄es ꝓphetas in regno dei. vos aūt expelli foras. Et venient ab oriente ⁊ occidente ⁊ aquilone ⁊ austro ⁊ accūbent in regno dei. Et ecce sunt nouissimi qui erāt p̄mi. et sunt primi q̄ erant nouissimi. In ipsa autē die accesserunt quidā phariseorū dicentes illi. Exi ⁊ vade hinc herodes vult te occidere. Et ait illis. Ite ⁊ dicite vulpi illi. Ecce eijcio demonia ⁊ sanitates perficio hodie ⁊ cras ⁊ tertia die cōsumor. Veruntamē oportet me hodie ⁊ cras ⁊ sequēti die ambulare quia nō capit ꝓphetam pire extra hierusalem.

De idropico sanato

et de exhortatōne christi ad humilitatem. L. xiiij.

Capitulum. xcix.

Et factū est cum intraret in domū cuiusdā principis phariseoꝝ sabbato manducare panem. ⁊ ip̄i obseruabāt eū Et ecce hō quidaz ydropicus erat ante illum. Et respōdens Jesus dixit ad legisperitos ⁊ phariseos dicens. Si licet sabbato curare? At illi tacuerunt. Ip̄e vero apprehensum sanauit eum ac dimisit. Et respōdens ad illos dixit. Cui⁹ vestrum asinus aut bos in puteū cadet ⁊ nō cōtinuo extrahet illuz die sabbati? Et nō poterant ad hoc respondere illi. Dicebat autē et ad inuitatos parabolā intendens quomodo p̄mos accubit⁹ eligerēt dicens ad illos. Cum inuitat⁹ fueris ad nuptias non discumbas in p̄mo loco ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo. et veniēs qui te et illū vocauit dicat tibi. Da huic locum ⁊ tūc incipias cum rubore nouissimū locum tenere. Sed cum vocatus fueris vade et recumbe in nouissimo loco vt cum venit qui te inuitauit dicat tibi Amice ascende superius/ tūc erit tibi gloria coram simul discumbētibus. quia om̄is q̄ se exaltat humiliabitur/ et qui se humiliat exaltabitur.

De vocandis pauperibus

ad conuiuiū et parabola de cena magna. Lu. xiij. Capitulū. c.

Dicebat autē et ei qui se inuitauerat. Cum facis prandiū aut cenā noli vocare amicos tuos neq̄ fratres tuos/ neq̄ cognatos neq̄ vicinos diuites ne forte et ipsi te reinuitent et fiat tibi retributio. Sed cū facis conuiuiū voca paupes debiles claudos cecos et beat⁹ eris quia nō habent retribuere tibi. retribuetur enī tibi in resurrectōne iustorum. Hec cum audisset quidam de simul discumbentibus dixit illi. Beatus qui manducat panē in reg̊ dei At ip̄e dixit Hō quidā fecit cenā magnā ⁊ vocauit multos Et misit

Si fuerit hec eadē parabola cuz ista q̄ ponit̄ infra Mathei vicesio scdo capitulo gregorius relinquit sub dubio dices ꝙ

seruũ suum hora cene dicere inuitatis vt venirent quia iã parata sunt oĩa Et ceperũt simul omnes se excusare Primus dixit illi. Villam emi & necesse habeo exire & videre illã/ rogo te habe me excusatũ Et alter dixit. Juga boũ emi quinq; et eo probare illa. rogo te habe me excusatum. Et alius dixit. Uxorẽ duxi et ideo nõ possum venire. Et reuersus seruꝰ nũciauit hec domĩo suo. Tunc iratus paterfamilias dixit seruo suo. Exi cito in plateas & vicos ciuitatis et paupes & debiles cecos & claudos introduc huc. Et ait seruus. Dñe factuz est vt imperasti. & adhuc locus est. Et ait dominꝰ seruo. Exi in vias et sepes & cõpelle intrare vt impleat domus mea. Dico autem vobis q; nemo virorũ illorũ qui vocati sunt gustabit cenam meã.

mauult alieno itellectui vel sensui cedere q̃z contentõi deseruire. et dat modum cõcordãdi si dicatur eadem vide.

De odiendis parẽtibus propter christũ. L. xiiij.

Capitulum. ci.

Erant autẽ turbe multe cũ eo & cõuersus dixit ad illos. Si quis venit ad me et nõ odit patrẽ suum & matrẽ et vxorẽ & filios & fratres et sorores adhuc autẽ & animã suã non potest meus esse discipulus. Et qui nõ baiulat crucez suam & venit post me/ nõ potest meus esse discipulus. Quis enĩ ex vobis volẽs turrim edificare. Nonne prius sedens cõputat sumptus qui necessarij sunt si habeat ad perficiẽdũ/ ne postea q̃z posuerint fundamentũ/ & non potuit pficere oĩes qui vident incipiãt illudere ei dicentes/ quia hic homo cepit edificare & nõ potuit consummare. Aut quis rex iturus cõmittere bellum aduersus aliũ regem. Nõne sedẽs prius cogitat si possit cum decẽ milibus occurrere ei qui cũ viginti milibus venit ad se. Alioquin adhuc illo longe agẽte legatõnem mittẽs rogat ea que pacis sunt. Sic ergo oĩs ex vobis qui nõ renunciat oĩbus que possidet nõ potest meus esse discipulus. Bonũ est sal. Si autẽ sal euanuerit in quo condiet. neq; in terram neq; in sterquilinĩũ vtile est sed foras mittetur. Qui habet aures audiendi audiat.

De villico iniquitatis. L. xvi.

Capitulum. cij.

Dicebat autẽ & ad discipulos suos Homo quidã erat diues qui habebat villicũ & hic diffamatus est apud illũ quasi dissipasset bona ipsius. & vocauit illum & ait illi. quid hoc audio de te. Redde rationem villicatõnis tue. Jam enĩ non poteris vltra villicare. Ait autez villicus intra se. q̃d faciã quia dominꝰ meus aufert a me villicatõem. Fodere nõ valeo mendicare erubesco. Scio quid faciam. vt cũ amotus fuero a villicatõne recipiant me in domos suas. Conuocatis autem singulis debitoribꝰ domini sui dicebat primo. quantũ debes domino meo. At ille dixit. centũ cados olei. Dixitq; illi. Accipe cautõnem tuã et sede cito scribe quinq̃ginta. Deinde alio dixit. Tu vero quatũ debes. Qui ait. Centũ choros tritici. Ait illi. Accipe literas tuas/ et scribe octoginta. Et laudauit dominꝰ villicum iniquitatis/ quia prudẽter fecisset. quia filij huius seculi prudẽtiores filijs lucis in generatõne sua sunt. Et ego vobis dico. Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis. vt cum defeceritis recipiant vos in eterna tabernacula. Qui fidelis est in minimo & in maiori fidelis est. & qui in modico iniquꝰ est /et in maiori iniquus est. Si ergo in iniquo mãmona fideles non fuistis quod vestrũ est quis credet vobis. Et si in alieno fideles nõ fuistis quod vestruz est. quis dabit vobis. Nemo seruus potest duobus dominis fuire/ aut enim vnũ odiet & alterũ diliget. aut vni adherebit & alterum cõtemnet. Nõ potestis deo seruire & mãmone. Audiebãt autem omnia hec phariseí qui erant auari et deridebãt illum. Et ait illis. Vos estis qui iustificatis vos corã hominib⁹. Deus autem nouit corda vestra. quia quod hominib⁹ altũ est abominatõ est apud deum. Lex & prophete vsq; ad Johannẽ. Ex eo regnũ dei euangelizat et oĩs in illud vim facit Facilius est enĩ celum & terrã pretereire q̃z de lege vnũ apicem cadere. Omnis qui dimittit vxorem suam & ducit alteraz mechatur/ et qui dimissam a viro ducit mechatur.

Sequitur. ciij. capitulũ.

De diuite epulone. L. xvi

Capitulum. ciij

Homo q̃dã erat diues ⁊ induebat purpura ⁊ bisso et epulabatur q̃tidie splẽdide Et erat q̃dã mendic⁹ nomine lazarus q̃ iacebat ad ianuã eius vlceribus plenus cupiens saturari de micis que cadebãt de mensa diuitis ⁊ nemo illi dabat. sed ⁊ canes veniebãt ⁊ lingebãt vlcera eius. Factũ est autẽ vt moreret mẽdicus ⁊ portaret ab angelis in sinũ Abrae Mortuus est autẽ ⁊ diues ⁊ sepultus est in inferno Eleuãs autẽ oculos cũ esset in tormẽtis vidit abraam a longe. ⁊ lazarũ in sinu ei⁹ Et ipse clamans dixit Pater abraam miserere mei. ⁊ mitte lazarũ vt intingat extremũ digiti sui in aquã vt refrigerẽt linguam meã q̃ crucior in hac flãma. Et dixit illi abraam. Fili recordare q̃ recepisti bona in vita tua. et Lazarus similr mala. Nunc autẽ hic consolat. tu vero cruciaris. Et in his oĩbus inter nos ⁊ vos chaos magnũ firmatũ est vt hi qui volũt hinc trãsire ad vos nõ possint neq̃ inde huc trãsmeare. Et ait rogo te ergo pater vt mittas eum in domũ patris mei. habeo enĩ q̃nq̃ fratres vt testet illis ne ⁊ ipsi veniãt in locum hũc tormentorũ. Et ait illi Abraam. Habent Moysen ⁊ pphetas. audiãt illos At ille dixit. Non pat abraã sed siquis ex mortuis ierit ad eos. penitentiã agẽt Ait autẽ illi. Si moisen ⁊ pphetas nõ audiũt neq̃ si q̃s ex mortuis resurrexerit credent.

De petitione discipulorũ vt augeat eis fides. L. xvij.

Capitulum. ciij.

Et dixerũt apli domino. Adauge nobis fidẽ. Dixit autẽ dominus. Si haberetis fidẽ sicut granũ sinapis. dicetis huic arbori more. eradicare ⁊ explãtare in mare. ⁊ obediret vobis. Quis autẽ vestrũ habens seruũ arantẽ aut oues pascentẽ qui regresso de agro dicit illi statim transi recũbe. et dicat ei Para q̃ cenem et precinge te. ⁊ ministra mihi donec manducem ⁊ bibã ⁊ post tu manducabis ⁊ bibes? Nunq̃d gratiã habet seruo illi/ quia fecit que sibi imperauerat? Non puto. Sic ⁊ vos cũ feceritis oĩa que precepta sunt vobis. dicite serui inutiles sum⁹ quod debuimus facere fecimus.

De encenijs quando voluerunt Jesum lapidare iudei. J. x.

Capitulum. cv.

Facta sunt autẽ encenia in hierosolimis ⁊ hyems erat. Et ambulabat Jesus in templo in porticu salomonis. Circundederũt ergo eum iudei. ⁊ dixerunt ei. Quousq̃ animã nostrã tollis? Si tu es christus dic nobis palam? Respondit eis Jesus Loquor vobis ⁊ nõ creditis. Opera que ego facio in nomĩe patris mei hec testimoniũ perhibent de me. sed vos non creditis/ quia nõ estis ex ouibus meis. Oues mee vocem meã audiũt et ego agnosco eas ⁊ sequũtur me ⁊ ego vitam eternã do eis ⁊ nõ peribũt in eternũ/ et nõ rapiet eas quis q̃ de manu mea. Pater me⁹ quod dedit mihi maius oĩbus est et nemo potest eas rape de manu patris mei. Ego et pater vnũ sumus. Sustulerũt ergo lapides iudei vt lapidarẽt eum. Respõdit eis Jesus Multa bona opa oñ di vobis ex patre meo. propter quod horũ opus me lapidatis? Respõderũt ei iudei propter bonũ opus nõ lapidamus te sed de blasphemia/ ⁊ quia tu homo cum sis. facis teipm deum. Respondit eis Jesus. Nonne scriptũ est in lege vestra. Ego dixi dij estis. Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est. ⁊ nõ potest solui scriptura quẽ pat sanctificauit ⁊ misit in mũdum vos dicitis quia blasphemat. q̃ dixi filius dei sum. Si nõ facio opa patris mei nolite credere mihi. Si autẽ facio et si mihi nõ vultis credere. opibus credite. vt cognoscatis ⁊ credatis/ quia in me est pater ⁊ ego in patre. Querebãt ergo eum apphenderẽ ⁊ exiuit de manib⁹ eorum Et abijt iterum trãs iordanẽ in eum locũ vbi erat Johãnes primũ. ⁊ mansit illic. Et mlti venerũt ad eum ⁊ dicebant/ quia Johãnes quidem signũ fecit nullum Oĩa autem quecunq̃ dixit Johãnes de hoc. vera erant et multi crediderunt in eum.

Incipiunt preambula passionis domini de suscitatõne Lazari. Johan. xi.

Capitulum. cvi.

Potuisset hic fieri vna ptio principalis quoniam incboat occasio proxima dñice passionis.

ERat autē quidā languēs lazarus
a bethaīa de castello marie ⁊ mar/
the sororū eius Maria autē erat
que vnxit dñm vnguento ⁊ extersit pedes
eius capillis suis cui⁹ frater lazarus infir
mabat. Miserūt ergo sorores eius ad eū
dicentes. Dñe ecce quē amas infirmatur
Audiēs autē Jesus dixit eis. Infirmitas
hec nō est ad mortē ſz pro glīa domini vt
glorificet filius dei p eam. Diligebat aūt
martham ⁊ sororē eius Mariā ⁊ lazarū. Ut
ergo audiuit quia infirmabat tūc quidez
mansit in eodē loco duobus dieb⁹. dein/
de post hec dicit discipulis suis. Eam⁹ in
iudeā iterum. Dicunt ei discipuli Rabbi
nūc querebāt te iudei lapidare ⁊ iterū va/
dis illuc. Rndit Jesus. Nonne. xij. hore
sunt diei. Si qs ambulauerit in die non
offendit q⁹ lucē huius mūdi videt Si au
tem ambulauerit in nocte. offendit q⁹ lux
nō est in eo. Hoc ait Et post hoc dicit eis
Lazarus amicus noster dormit sed vado
vt a somno excitē illū. Dixerūt ergo di/
scipuli eius. Dñe si dormit salu⁹ erit. Di/
xerat autē Jesus de morte eius Illi autem
putauerūt q⁹ de dormitōne somni dicer
Tūc ergo dixit Jesus manifeste. lazarus
mortu⁹ est/sed gaudeo propter vos vt cre
datis quia nō eram ibi sed eam⁹ ad eum.
Dixit ergo thomas qui dicit didimus ad
condiscipulos. Eam⁹ et nos ⁊ moriamur
cum eo Venit igit Jesus ⁊ inuenit eū qtu
or dies in monumēto iam habentē. Erat
autē bethania iuxta hierosolimā q̄si sta/
dijs. xv. Multi autē ex iudeis venerāt ad
martham ⁊ Mariā vt consolarent eas de fra
tre suo Martha autē vt audiuit quia Je/
sus venit. occurrit ei Maria autē domi se/
debat. Dixit autē Martha ad Jesum Do
mine si fuisses hic. frater me⁹ nō fuisset mor
tuus. sed ⁊ nūc scio. q⁹ quecūq; poposcer
a deo dabit tibi deus. Dicit illi Jesus. Re
surget frater tu⁹. Dicit ei Martha. Scio
quia resurget in resurrectōe in nouissimo
die. Dicit ei Jesus. Ego sum resurrectō ⁊
vita. qui credit in me etiāsi mortu⁹ fuerit
viuet Et oīs qui viuit ⁊ credit in me. nō
morietur in eternū. Credis hoc Ait illi.
Utiq; domine Ego credidi q⁹ tu es chri
stus filius dei viui qui in hūc mundū veni/
sti. Et cū hec dixisset. abijt ⁊ vocauit Ma
riam sororē suā silentio dicens Magister
adest. ⁊ vocat te. Illa autē vt audiuit. sur/
rexit cito ⁊ venit ad eum. Nondū enī vene
rat Jesus in castellū. sed erat adhuc in illo
loco vbi occurrerat ei Martha. Judei igi
tur qui erāt cum ea in domo ⁊ p̄solabātur
eam cū vidissent Mariā quia cito surrexit
⁊ exijt. secuti sunt eā dicentes q⁹ vadit ad
monumentū vt ploret ibi Maria ergo cū
venisset vbi erat Jesus. Uidēs eum ceci/
dit ad pedes eius ⁊ dixit ei. Dñe si fuisses
hic frater me⁹ nō fuisset mortu⁹ Jesus au
tem vt vidit eam plorantē ⁊ iudeos qui ve
nerāt cum ea plorātes. fremuit spū et tur/
bauit semetipm ⁊ dicit vbi posuistis eu
Dicūt ei. Dñe veni et vide ⁊ lachrymatus
est Jesus. Dixerūt ergo iudei. Ecce quo
modo amabat eū. Quidā autē ex ipſ dixe
runt. Non poterat hic qui oculos ceci nati
aperuit facere vt et hic nō moreret Jesus
ergo rursum fremēs in semetipso venit ad
monumentū. Erat autē spelūca ⁊ lapis su
p̄positus erat ei. Ait Jesus. Tollite lapi
dem. Dicit ei Martha soror eius q̄ fuerat
mortu⁹ Dñe iam fetet. quatriduan⁹ enim
est. Dicit ei Jesus. Nonne dixi tibi si cre/
deris videbis glorīā dei. Tulerūt ergo
lapidē Jesus autē eleuatis sursum oculis
dixit Gratias tibi ago pater quoniā audi
sti me. ego aūt sciebā quia semp me audis
sed propter populū qui circunstat dixi vt
credāt quia tu me misisti. Hec cū dixisset
voce magna clamabat Lazare veni foras
⁊ statim pdijt qui fuerat mortu⁹ ligat⁹ ma
nus ⁊ pedes institis Et facies illius suda
rio erat ligata. Dicit ei Jesus. soluite eū ⁊
sinite abire. Multi ergo ex iudeis qui ve/
nerant ad mariā ⁊ viderāt que fecit credi.
derūt in eū Quidā autē ex ipsis abierunt
ad phariseos ⁊ dixerūt eis que fecit Iesus.

De conspiratōe fa/

cta cōtra Jesum ⁊ eius egressu in effrem.

J. xi. Capitulum. vij.

COllegerūt ergo pōtifices ⁊ phari
sei concilīū. ⁊ dicebāt. Quid faci/
m⁹ quia hic homo multa signa facit. si di/
mittim⁹ eum. sic oīes credent in eū. ⁊ ve/
niēt Romani ⁊ tollent nostrū locū ⁊ gen
tē. Unus autē ex ipsis cayphas noīe cu
esset pōtifex anni illius dixit eis. Vos ne
scitis quicq; nec cogitatis q⁹ expedit vo/
bis vt vnus moriat homo pro ppl'o. ⁊ nō
tota gens peat. Hoc autē a semetipso nō
dixit. sed cū esset pōtifex anni illi⁹ pphauit

quia Jesus moritur⁹ erat pro gente ⁊ non tm̄ pro gente sed vt filios dei qui erāt dispersi cōgregaret in vnū. Ab illo ergo die cogitauerūt vt interficerēt eum Jesus autem iā non in palā ambulabat apud iudeos sed abijt in regionē iuxta desertū in ciuitatē que dicit̄ Effrem ⁊ ibi morabat̄ cū discipulis suis. Et abierūt multi ierosolimā de regiōe ante pascha vt sanctificarēt seip̄os. Querebāt ergo Jesum ⁊ colloquebant̄ adinuicē in templo stātes Quid putatis quia nō venit ad diē festū? Dederāt autē pontifices ⁊ pharisei mandatū vt si quis cognouerit vbi sit indicet vt apprehendant eum.

De ascensu Jesu in hierusalē. M.xx. R.x. L.xviij.

Capitulum.cviij

Erant. R. autē in via ascendētes in hierosolimā. et p̄cedebat illos Jesus. ⁊ stupebāt/et sequētes timebāt Et. M ascendēs M. iesus hierosolimā assumpsit iterꝫ R. duodeci. M. R. discipulos. L. suos secreto cepit R. eis dicere que essent ei ventura Et. M. ait. R. illis. L. Ecce nos ascendim⁹ hierosolimā ⁊ cōsummabūtur omnia que scripta sunt p ꝓphas de filio homis. Tradet̄. M. R. enī principib⁹ sacerdotū ⁊ scribis ⁊ senioribꝫ. R. ⁊ condemnabūt. M. R. eum morte ⁊ tradēt. M. R. illū gentib⁹ ad illudendū ⁊ flagellandū et crucifigendū. ⁊. L. conspuet̄ R. Et postq̄ flagellauerint occidēt eū. ⁊. M. tertia. R. L. die resurget. Et ipsi nihil horū intellexerūt. ⁊ erat verbū istud abscōditū ab eis: ⁊ nō intelligebant que dicebātur.

Quāuis sub vno cōtextu ponant̄ seq̄ntia q̄i fuerit vnicus ascēsus christi in hierusalē tn̄ ꝓbabilius ē fuisse diuersos cursus ⁊ recursus xp̄i in quibus facta sequūtur vt magister Nyco. de ly. notat.

De.x. leprosis sanatis in via. L.xvij. Capitulum.cix.

Et factū est dū iret in hierusalē trāsibat p mediā samariā ⁊ galileam. ⁊ cū ingrederet̄ quoddā castellum occurrerūt ei decē viri leprosi. qui steterūt alonge ⁊ leuauerūt vocē dicentes. Jesu p̄ceptor miserere nostri. Quos vt vidit dixit. Ite ostendite vos sacerdotib⁹. Et factum est dū irent mūdati sunt. Vn⁹ autē ex illis vt vidit quia mūdat⁹ est regressus est cū magna voce magnificās deū. ⁊ cecidit in faciē ante pedes ei⁹ gratias agēs. et hic erat samaritan⁹ Respondēs autē Jesus dixit. Nonne decē mūdati sunt. ⁊ nouem vbi sunt? Non est inuētus qui rediret ⁊ daret gloriā deo nisi hic alienigena. ⁊ ait illi. Surge. vade quia fides tua saluū te fecit.

De non receptiōe christi p samaritanos. Luce.ix. Ca.cx.

Factū est autē dum cōplerent̄ dies assumptōis eius ⁊ ipse faciē suaꝫ firmauit vt iret in hierusalē ⁊ misit nūcios ante conspectū suū. Et euntes intrauer̄t in ciuitates samaritanoꝝ vt pararēt illi: ⁊ nō receperūt eum qꝛ facies ei⁹ erat eūtis in hierusalē Cuꝫ autē vidissent discipuli eius Jacob⁹ ⁊ iohannes dixerūt Dn̄e si vis dicim⁹ vt ignis descendat de celo ⁊ cōsumat eos sicut ⁊ helias fecit. Et cōuersus increpauit eos dicēs. Nescitis cuius spūs estis. filius homis nō venit aīas pdere sed saluare ⁊ abierūt in aliđ castellū

De petitione filiorum zebedei. M.xx. R.x. Capitu.cxi.

Tunc M. accessit ad eū mater filiorū zebedei cū filijs adorās ⁊ petens aliq̄d ab eo. q̄ dixit ei. Quid vis. Et R. accedūt ad eū filij zebedei Jaco. ⁊ Johan. dicentes Magister volum⁹ vt quodcūq̄ petierim⁹ facias nobis. At ille dixit eis q̄d vultis vt faciā vobis. ⁊ dixerūt da nobis vt vn⁹ ad dexterā ⁊ alius ad sinistrā tuam sedeam⁹ in gloria tua. Ait. M. illi mater. Dic vt sedeant hi duo filij mei vnus ad dexterā tuam ⁊ vn⁹ ad sinistram tuā in regno tuo. Respondēs. M. R. autē Jesus dixit eis. Nescitis quid petatis. Potestis. M. R. bibere calicē quem ego bibo. R. bibiturus. M. sum? aut baptismo. R. quo ego baptisor baptisari. At M illi. R. dixerūt ei Possum⁹ Ait illis Jesus R. M. calicē quidē meū bibetis et. R. baptismo quo baptisor baptisabimī. sedere M. R. autē ad dexterā vel sinistrā meam

Potuit vtrūq̄ fieri q̄ et mater peteret ⁊ filij. vl dicūtur petiisse qꝛ matrē mouerāt ad petenduꝫ iō dominus respondit eis.

non est meū dare vobis sed quib⁹ paratuz est a patre. M. meo. Et audiētes. M. R. decem indignati sunt de duob⁹ fratrib⁹ iacobo R. ⁊ Johāne Jesus. M. autē. R. vocauit eos ad se ⁊ ait illis. Scitis. M. R. quia. M. principes gentiū hi. R. qui videntur pricipari gētibus dominātʳ eis. et M. qui maiores sunt potestatē exercent in eos. Non ita. M. R. erit inter vos. sed M. quicunqz. R. inter. M. vos voluerit maior. R. fieri sit. M. vester minister. R. Et R. quicūqz voluerit inter vos primus esse. erit. M. R. vestrū. M. omniū. R. seruus. M. R. sicut. M. filius. R. hominis nō venit ministrari sed ministrare ⁊ aīam suam dare redemptōem pro multis.

De illuminatione

ceci ⁊ de zacheo ⁊ de decē mnis L. xviij. ⁊ xix. R. x. Capitulum. cxij.

PRima M. R. autẽ die azimoꝝ quando. R. pascha immolabatur. in qua. L. necesse erat pascha occidi. Accesserũt. M. discipuli ad iesum ⁊ dicũt. M. R. ei. Quo vis eamus et paremus tibi vt mãduces pascha? Et mittit ex discipulis suis Petrũ. L. ⁊ Johannem dicẽs. Euntes parate nobis pascha vt manducem⁹. At illi dixerunt. Vbi vis paremus? Et dixit ad eos. Ite M. in ciuitatem.. R. ad quendã. M. Ecce. L. intro eũtibus vobis in ciuitatẽ occurret vobis homo amphoꝛã aque portãs. seqmini eũ in domũ in quã intrat ⁊ dicetis patrifamilias domus. Dicit tibi Magister. Tem⁹. M. meũ ꝓpe ẽ apũd te facio pascha. vbi R. est refectio mea? Vbi. L. est diuersoꝛium vbi. L. R. pascha cũ discipulis meis manducẽ? Et ipse ostendet cenaculũ magnũ stratũ ⁊ ibi parate. Et. R. abierũt discipuli eius ⁊ venerũt in ciuitatẽ. Euntes L. R. aũt inuenerũt sicut dixit illis iesus et parauerũt pascha. Vespere. R. autẽ facto venit cũ duodeci. ⁊ L. cuꝫ facta esset hoꝛa discubuit ⁊ duodecĩ apli cũ eo:

Hic fuit esus agni

De ablutioe pedũ

Johan. xiij.

Capitulum.cxxxviij

CEna facta cũ diabolus iã misisset in coꝛ vt traderet eũ iudas simonis scarioth sciens quia oĩa dedit ei pater in manus. et qꝛ a deo exiuit et ad deũ vadit. Surgit a cena ⁊ ponit vestimenta sua. et cũ accepisset linteũ ꝓcinxit se. Deinde misit aquã in peluĩ et cepit lauare pedes discipulorũ suoꝝ ⁊ extergere linteo quo erat ꝓcinctus. Venit ergo ad symonẽ Petrũ ⁊ dicit ei petrus. Domine tu mihi lauas pedes? Non lauabis mihi pedes in eternũ. Respõdit ei Jesus Si nõ lauauero te nõ habebis partẽ mecum. Dicit ei Symon petr⁹. Non tm̃ pedes. sed ⁊ manus ⁊ caput. Dicit ei Jesus. Qui lot⁹ est nõ indiget nisi vt pedes lauet. sꝫ est mũdus totus ⁊ vos mũdi estis sed nõ oẽs Sciebat nãqꝫ quisnã esset qui traderet eũ ꝓpterea dixit nõ estis mũdi oĩes. Postq̃ ergo lauit pedes eoꝝ accepit vestimẽta sua. ⁊ cuꝫ recubuisset iterũ dixit eis. Scitis quid feceri vobis? Vos vocatis me magister ⁊ domine ⁊ bñ dicitis. Sum eteni. Si ergo ego laui pedes vestros domin⁹ ⁊ magister. ⁊ vos debetis alter alteri⁹ lauare pedes. Exemplũ enĩ dedi vobis vt quẽadmodum ego feci vobis ita ⁊ vos faciatis. Amen dico vobis nõ est seruus maioꝛ domino suo. Nec apl'us maioꝛ eo q̃ misit illum. si hoc scitis beati eritis si feceritis ea

De sacramenti institutõne

M. xxvi. R. xiiij. Luce. xxij.

Capitulum.cxxxix.

ET. M. discũbentibus. R. eis et manducãtibus ait Jesus. Desiderio L. desideraui hoc pascha manducare vobiscũ anteq̃ patiar. Dico enĩ vobis qꝛ ex hoc nõ manducabo illõ donec impleat in regno dei. Cenantibus. M. autẽ illis. Accepit iesus panẽ gratias L. egit ⁊ benedixit. M. ⁊ fregit. M. L. deditq; discipulis suis ⁊ ait. Accipite M. ⁊ comedite. hoc. M est L. corpus. R. meũ qõ pro vobis tradet hoc facite in meã cõmemoratõez Similiter ⁊ calicẽ postq̃ cenauit accipiens M. gratias egit ⁊ dedit illis dicens. Accipite. L. et diuidite inter vos ⁊ bibite. M. ex hoc oĩes Hic est sanguis meus noui testamẽti. Hic. L. est calix nouũ testamentũ in meo sanguine. L qui pro vobis et. M. pro multis effundetur in remissionẽ peccatorũ. Dico autem vobis quia nõ bibã amodo de hoc genimine vitis vsq̃ in diẽ illũ cum illud bibã nouũ vobiscũ in regno patris mei dei. R. Et biberunt ex eo omnes.

Videt intelligendum qꝛ cena agni fuerit alia cẽa vel eadẽ discõtinuata ꝓ pedum lotionem vt intelligẽ ꝓ dictũ Johannis.

De predictione negationis Petri et questione discipulorũ

M. xxvi. R. xiiij. L. xxij. J. xiij

Capitulum.cxl.

Tunc. M. L. dixit illis Jesus. Omnes vos scandalū patiemini in me ī ista nocte quia scriptū est. Percutiā pastorē z dispergent oues gregis. sed postq̄ resurrexero precedā vos in galileam. Respondēs autem Petr⁹ ait illi Et si omnes scādalisati fuerint in te. ego nunq̄ scandalisabor. Et. M. ait illi Jesus Priusq̄. R. gallus bis vocem dederit ter me es negaturus. Amē. M. dico tibi. q2 in hac nocte antequā gallus cantet ter me es negatur⁹. At R. ille amplius loq̄batur Et. M. si R. oportuerit me mori tecum te nō negabo. Similr z oēs discipuli dixerūt Non. J. de omnibus vobis dico. Ego scio quos elegerim. sed vt adimpleatur scriptura. Qui mādu cat panē meū leuabit cōtra me calcaneū suū Amē amen dico vobis priusq̄ fiat vt cuz fuerit factū credatis q2 ego sum. Amen amē dico vobis qui accipit si quē misero /me accipit. qui autē me accipit. accipit eū q̄ me misit. Cū hoc dixisset Jesus turbatus est spiritu z protestatus est z dixit. Amen J. R. dico vobis quia vnus ex vobis me tradet qui. R. mādducat mecū. Aspicientes. J. ergo adinuicem discipuli hesitātes de quo diceret. Et M. contristati. R. valde ceperūt singuli dicere. Nūquid ego sum domine? At ille respōdens ait. Unus. R. ex duodecī qui M. intingit R. mecū manū in parabside M. in catino. R. hic me tradet. Filius q̄dem homis vadit sicut scriptū est de illo. Ue autē homini illi p quē filius homis tradetur. Bonū erat ei si natus nō fuisset homo ille Respōdēs. M. aūt iudas qui tradidit eū dixit. Nunquid ego sum Rabbi? ait illi Tu dixisti Erat J. ergo recūbēs vn⁹ ex discipulis eius in sinu iesu quē diligebat Jesus Innuit ergo huic simon Petrus z dixit ei. Quis ē de quo dicit? Itaq̄ cuz recubuisset ille sup pect⁹ Jesu dicit ei. Domine q̄s est? Respōdit Jesus. Ille est cui ego intinctū panem porrexero. Et cum intinxisset panē dedit iude symoni scariothis. Et post buccellam tūc introiuit in eum sathanas. Et dicit ei Jesus. Quod facis fac citius Hoc autē nemo sciuit discumbentiū ad quid dixerit ei Quidā enim putabant q2 loculos habebat Judas q2 dicit ei Jesus. Eme ea que op⁹ sunt nobis ad diē festum. Aut egenis vt aliquid daret. Cum ergo accepisset ille. exiuit continuo. Erat autē nox. Cum ergo exisset dicit Jesus. Nūc clarificatus est fili⁹ hominis z deus clarificatus est in eo. si deus clarificatus est in eo z deus clarificabit eū in semetipso z cōtinuo clarificabit eū. Filioli adhuc modicū vobiscū sum. queritis me et sicut dixi iudeis quo ego vado vos nō potestis venire. Et vobis dico modo. Mandatū nouum do vobis vt diligatis inuicē sicut dilexi vos. vt z vos diligatis inuicē. In hoc cognoscēt oēs quia mei estis discipuli. si dilectiōem habueritis ad inuicē. Dicit ei Symō petrus. Domine quo vadis. Respōdit Jesus quo ego vado non potes me sequi modo. sequeris autez postea. Dicit ei Petrus. Quare non possum te sequi modo? Aiam meā p me ponēs Rñt ihs/ aiaz tuā p me ponēs Amen amē dico tibi. Nō cātabit gallus donec ter me neges. Et ipsi cepēr querere inter se quis esset qui eum traditurus esset Facta est autē z contentiō inter eos. quis eorū videretur esse maior Dixit autē eis. Reges gentium dominātur eorum. et qui potestatē habent super eos benefici vocātur. Vos autē non sic. sz qui maior est in vobis fiat sicut minor/ et qui precessor est sicut ministrator. Nam quis maior est. qui recūbit/ an qui ministrat? Nonne qui recūbit? Ego autem in medio vestrū sum sicut qui ministrat. Vos autē estis qui pmānsistis mecū in tentatiōi b⁹meis Et ego dispono vob sicē disposuit mihi pat⁹ meus regnū vt edatis z bibat⁹ sup

Intelligēda ē trina negatio petri velut vna negatio ptinuataq̄ incepit añq̄ gallus cāraret et sic intelligūt euāgeliste trinam negationem factaz añq̄ gallus cantaret sed cōsumata est añq̄ secūdū galli cantuz vt posit Marc⁹ nec repugnat q ihs vtrūq̄ dixerit nēve marcus ponit ō bis. nūc vt alij ad maiorem exaggerationem.

Intelligēdū ē q iohānes ppiquus ie su inclinauit faciē suaz ad faciez ihesu tpm familiaritert silēter interrogans cui xp̄us submisse rñdit.

Dixit hoc p mittendo nō iubendo nec scelus aperiendo.

Hoc potest ītelligi eleuate vel depsse

mēsam meā in regno meo. et sedeatis sup thronos iudicātes duodecī tribus israel. Ait autē dominꝰ Simoni. Simon ecce sathan expetiuit vos vt cribraret sicut triticum. Ego autē rogaui pro te vt nō deficiat fides tua Et tu aliquādo cōuersus cōfirma fratres tuos. Qui dixit. Domine tecum sum paratus ꝛ in carcerē ꝛ in mortez ire. Et ille dixit. Dico tibi Petre. Non cātabit hodie gallus donec ter abneges nosse mez dixit eis Quando misi vos sine sacculo ꝛ pera ꝛ calciamētis. Nūquid aliqd defuit vobis? At illi dixerūt. Nihil. Dixit ergo eis sed nūc qui habet sacculū tollat/ similr ꝛ peram/ sed q̄ non habet vendat tunicā sum et emat gladiū. Dico enī vobis quoniā adhuc hoc quod scriptū est oportet impleri in me. Et cū iniustis deputatꝰ est. Etenī ea que sunt de me. finē habent. At illi dixerūt. Ecce duo gladij hic. At ille dixit eis. satis est.

De sermone domini post cenā ꝛ cōtinet multas rubricellas pro multitudine doctrinarū vbi p totū de mysterio trinitatis Jo. xiiij. xv. xvi. xvij.

Capitulum. cxli

Et Dixit discipulis suis. Non turbetur cor vestrū. Creditis in deum ꝛ in me credite. In domo patris mei mansiones multe sunt. Si quo minꝰ dixissez vobis q̄ vado parare vobis locū ꝛ si abiero et preparauero vobis locum. iterū venio ad vos ꝛ accipio vos ad meipsum vt vbi ego sum ꝛ vos sitis. et quo ego vado scitis. et viā scitis Dicit ei Thomas. Dñe nescimꝰ quo vadis ꝛ quomō possumꝰ viam scire? Dicit ei Jesus. Ego sum via veritas ꝛ vita Nemo venit ad patrē nisi p me Si cognouissetis me ꝛ patrē meū vtiq̄ cognouissetis. et amodo cognoscetis eū ꝛ vidistis eū Dicit ei philippus. Dñe ostende nobis patrē ꝛ sufficit nobis? Dicit ei Jesus. Tanto tempe vobiscū sum ꝛ nō cognouistī me Philippe qui videt me. videt ꝛ patrē meum. Quomō tu dicis ostende nobis patrem? Non credis q̄ ego in patre ꝛ pater in me ē? Verba q̄ ego loquor vobis a me ipso nō loquor. Pater autē in me manēs ipse facit opa. Nō creditis quia ego in patre ꝛ pater in me est. Alioquin ꝓpter opera ipsa credite. Amē amen dico vobis q̄ credit in me. opera que ego facio ipe faciet et maiora horū faciet quia ego ad patrē vado Et quodcūq̄ petieritis in noīe meo hoc faciam vt glorificet pater in filio. si q̄d petieritis in noīe meo hoc faciā. Si diligitis me mādata mea seruate. ꝛ ego rogabo patrē ꝛ alium paraclitū dabo vobis vt maneat vobiscū in eternū spiritū veritatis quē mūdus nō potest accipere. q̄z nō videt eum nec scit eū. Vos autē cognoscetis eū. quia apud vos manebit ꝛ in vobis erit. Non relinquā vos orphanos. veniam ad vos Adhuc modicū ꝛ mūdus me iam nō videt. Vos autē videtis me. quia ego viuo ꝛ vos viuetis. In illo die vos cognoscetis. q̄z ego in patre meo ꝛ vos in me et ego in vobis. Qui habet mādata mea ꝛ seruat ea ille est q̄ diligit me. qui autē diligit me diliget a patre meo ꝛ ego diligā eū et manifestabo ei meipm. Dicit ei Judas non ille scariothis. Dñe quid factū est q̄z manifestaturus es teipm nobis: ꝛ nō mundo? Respondit ei Jesus ꝛ dixit ei. Si quis diligit me sermonē meū seruabit ꝛ pater meꝰ diliget eū/ et ad eum veniemus ꝛ mansionē apud eū faciemus. Qui nō diligit me sermones meos nō seruat. Et sermonem quē audistis nō est meus sed eiꝰ qui misit me patris. Hec locutꝰ sum vobis apō vos manens. Paraclitus autē spūssanctus quē mittet pater in noīe meo ille vos docebit oīa ꝛ suggeret vobis oīa quecūq̄ dixero vob Pacem relinquo vobis pacē meā do vob nō quomō mūdus dat ego do vobis. Nō turbet cor vestrū neq̄ formidet. Audistis quia dixi vobis vado ꝛ venio ad vos. si diligeretis me. gauderetis vtiq̄. quia ad patrē vado q̄z pater maior est Et nūc dixi vobis priusq̄z fiat vt cū factū fuerit credatis Jā nō multa loquar vobiscū. Venit enī princeps mūdi huiꝰ ꝛ in me non hz quicq̄. sed vt cognoscat mūdus q̄z diligo patrē ꝛ sicut mandatū dedit mihi pater sic facio Surgite eamus hinc. Ego sum vitis vera ꝛ pr̄ meus agricola est.

Scda rubricella.

Questio inde Apostoli

Tertia rubricella.

Jmplendus sermo xpi.

Prīa rubricella.

Quarta rubricella Secundum aliquos hic incipit capitulū. xv. Jo. nō explicat cuāgelista quo uerit dñs ꝛ

Omnē palmitē in me nō ferentē fructū tollet eū. et omnē qui fert fructū purgabit eū vt fructū plꝰ afferat. Jā vos mūdi estis ꝓpter ſmonē quē locutus sum vobis. manete in me ⁊ ego in vobis Sicut palmes nō ꝑt ferre fructū a semetipso nisi māserit in vite. sic nec vos nisi ī me māseritis. Ego. J. xv. sum. vitis ⁊ vos palmites. qui manet ī me ⁊ ego in eo hic fert fructū multū quia sine me nihil potestis facere Si quis in me nō māserit mittet̄ foras sicut palmes. ⁊ arescet ⁊ colligēt eū ⁊ in ignem mittēt ⁊ ardet. Si māseritis in me et verba mea in vobis māserint. qd̄cunq; voluerit̄is petetis ⁊ fiet vobis. Jn hoc clarificatus est pater meꝰ vt fructū plurimū afferatis ⁊ efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater ⁊ ego dilexi vos. Manete in dilectōe mea. si ꝑcepta mea seruaueritis manebit̄ in dilectōe mea sicut ⁊ ego precepta patris mei seruaui/ et maneo in eius dilectōe. Hec locutus sum vobis vt gaudiū meū in vobis sit ⁊ gaudiū vestrū impleat̄ ¶ Hoc est preceptū meū vt diligatis īuicem sicut dilexi vos Maiorē hac dilectōem nemo habet vt aīam suā ponat quis ꝓ amicis suis. Vos amici mei estis si feceritis que ego ꝑcipio vobis. Jam nō dicā vos ſuos/ quia seruꝰ nescit q̄d faciat dn̄s eius. Vos autē dixi amicos qꝛ om̄ia quecūq; audiui a patre meo nota feci vobis. Nō vos me elegistis sed ego elegi vos ⁊ posui vos vt etatis ⁊ fructū afferat̄ ⁊ fructus vester maneat vt qd̄cunq; petieritis patrē in noīe meo det vobis Hec mando vobis vt diligatis īuicem Si mūdus vos odit scitote qꝛ me priorē vob̄ odio habuit. Si de mūdo fuissetis mundus qd̄ suū erat diligeret. qꝛ vero de mundo nō estis sꝫ ego elegi vos de mūdo. propterea odit vos mūdus. Memētote ſmonis mei quē ego dixi vobis Nō est seruus maior dn̄o suo. si me ꝑsecuti sunt ⁊ vos ꝑsequētur. si sermonē meū seruauerint ⁊ vestrū seruabūt. Sed hec om̄ia facient vob̄ ꝓpter nomē meū qꝛ nesciūt eū q̄ misit me.

dixerit seq̄n. qꝛ nōdū trāsierat torentem cedron. nec erat ymnus dictus. Nisi velimus vti regula vl̄ anticipationis vel rememorationis

Preceptū dilectionis.

Quinta rubricella.

Sexta rubricella.

Si nō venissez ⁊ locutꝰ eis fuissem peccat non haberēt. Nūc autē excusatōem nō hn̄t de pctō suo Qui odit me ⁊ patrē meū odit. Si opa non fecissem in eis q̄ nemo alius fecit. peccatū nō haberēt. Nūc aūt ⁊ viderunt ⁊ oderūt ⁊ me ⁊ patrē meū sed vt impleat̄ sermo q̄ in lege eoꝝ scriptꝰ est qꝛ odio habuerūt me grat̄.

¶ Cū autē venerit paclitus quē ego mittā vobis a patre spm̄ veritatis q̄ a patre ꝓcedit ille testimoniū ꝑhibebit de me ⁊ vos testimoniū ꝑhibebitis quia ab initio mecū estis. Hec locutus sum vobis vt nō scādalisemini. Absq; synagogis faciēt vos. sed venit hora vt om̄is qui interficit vos arbitretur obseq̄um se ꝑstare deo Et hec faciēt vobis quia nō nouerūt patrē neq; me. sꝫ hec locutꝰ sum vobis vt cū venerit hora eorum reminiscamini qꝛ ego dixi vobis Hec aūt vobis ab initio nō dixi qꝛ vobiscū eram.

Septima rubricella.

¶ Et nūc vado ad eū qui me misit ⁊ nemo ex vobis interrogat me quo vadis Sed quia hec locutꝰ sum vobis tristicia impleuit cor vestrū sed ego veritatem dico vobis. Expedit vobis vt ego vadā Si eī nō abiero paclitus nō veniet ad vos. si āt abiero mittā eū ad vos. Et cū venerit ille/ arguet mundū de peccato. ⁊ de iusticia. et de iudicio. De peccato quidē qꝛ nō crediderūt in me. de iusticia vero qꝛ ad patrem vado ⁊ iā non videbitis me De iudicio āt quia princeps huiꝰ mūdi iam iudicatꝰ est Adhuc multa habeo vobis dicere/ sed nō potestis portare modo Cū autē venerit ille spūs veritatis docebit vos oēm veritatem. Non enī loquet̄ a semetipo sed q̄cūq; audiet loq̄tur ⁊ que vētura sunt annunciabit vob̄. Jlle me clarificabit qꝛ de meo accipiet ⁊ annūciabit vobis ¶ Modicū ⁊ iā non videbitis me. ⁊ iteꝝ modicū ⁊ videbitis me qꝛ vado ad patrē Dixerūt ergo ex discipulis eiꝰ adinuicē. Quid est hoc qd̄ dicit nobis modicū ⁊ nō videbitis me ⁊ iterum modicū ⁊ videbitis me? qꝛ vado ad patrē? Dicebāt ergo q̄d ē hoc q̄ dicit nobis modicū? Nescimꝰ q̄d loq̄t̄. Cognouit autē Jesus qꝛ volebāt eñ interrogare ⁊ dixit eis. De hoc q̄ritis inter vos qꝛ dixi modicū ⁊ no videbit̄ me ⁊ iteꝝ modicū ⁊ videbitis me. Amē amē dico vob̄.

Octaua rubricella.

Nona rubricella.

quia plorabitis ꝛ flebitis vos. mũdus autem gaudebit. vos autẽ cõtristabimĩ. sed tristicia vestra vertet in gaudiu. Mulier cum parit tristiciã habet qꝛ venit hora eiꝰ Cum aũt peperit puerũ. iã non meminit pressure ꝓpter gaudiũ qꝛ natus est homo in mundũ Et vos igit nũc quidẽ tristiciã habetis. Iterꝫ autẽ videbo vos ꝛ gaudebit coꝛ vestrũ ꝛ gaudiũ vestrũ nemo tollet a vobis. Et in illo die nõ rogabitis quicquã. Amen amẽ dico vobis si ꝙd petieritis patrẽ in nomine meo dabit vobis. Usqꝫ mõ nõ petistis quicꝫ in nomine meo. Petite ꝛ accipietis vt gaudiũ vestrũ sit plenũ. Hec in puerbijs locutus sum vobis. Venit eni hora cuꝫ iã nõ in puerbijs loq̃r vobis sed palã de patre meo annũciabs vobis. Illo die in nomĩe meo petetis. Et nõ dico vobis qꝛ ego rogabo patrẽ de vobis. Ipse enĩ pater amat vos. qꝛ vos me amastis ꝛ credidistis qꝛ a deo exiui. Exiui a patre ꝛ veni in mundũ Iterꝫ relinquo mundũ ꝛ vado ad patrẽ. Dicũt ei discipuli eiꝰ Ecce nũc palã loqueris ꝛ puerbiũ nullũ dicis. Nunc scimꝰ quia scis oĩa ꝛ non est opus tibi vt ꝙs te interroget. In hoc cognouimꝰ qꝛ a deo existi Rñdit eis Jesus. Modo creditis. Ecce venit hora ꝛ iã venit vt dispergamĩ vnusꝙsqꝫ in ꝓpria ꝛ me solũ relinq̃tis. ꝛ nõ sum solꝰ qꝛ pater mecũ est Hec locutꝰ sum vobis vt in me pacẽ habeatis. In mũdo ꝓssurã habebitis sed confidite ego vici mũdũ Hec locutus est Jesus ꝛ subleuatis ĩ celũ oculis dixit Pater venit hora clarifica filium tuũ vt filiꝰ tuꝰ clarificet te sicut dedisti ei ptãtẽ oĩs carnis vt oĩe qꝺ dedisti ei det eis vitã eternã Hec est vita eternavt cognoscãt te solũ verꝫ deũ ꝛ quẽ misisti iesuꝫ xpm Ego te clarificaui sup terrã. opus cõsummaui qꝺ dedisti mihi vt faciã. ꝛ nunc clarifica me tu pr̃apud temetipm claritate quã habui prius cũꝫ mũdus eẽt apud te Manifestaui nomẽ tuũ hoĩbꝫ quos dedisti mihi de mũdo. Tui erãt ꝛ mihi eos dedisti ꝛ sermonẽ tuũ seruauerũt ꝛ nũc ꝓgnouerũt qꝛ oĩa q̃ dedisti mihi abs te sunt qꝛ verba q̃ dedisti mihi dedi eis. ꝛ ipi acceperũt ꝛ cognouerũt vere qꝛ a te exiui ꝛ crediderũt qꝛ tu me misisti. Ego ꝓ eis rogo nõ ꝓ mũdo rogo sꝫ ꝓ bis quos dedisti mihi qꝛ tui sunt. Et mea oĩa tua sunt ꝛ tua mea sunt ꝛ clarificatꝰ sum in eis. Et iã nõ sum in mũdo ꝛ hi in mũdo sunt ꝛ ego ad te venio ꝓr sancte serua eos in noĩe tuo q̃s dedisti mihi vt sint vnũ sicut ꝛ nos. Cũ essez cũ eis ego seruabã eos in noĩe tuo. q̃s dedisti mihi custodiui ꝛ nemo ex eis perijt nisi filius pditõis vt scptura impleat Nũc aũt ad te venio ꝛ hec loq̃r in mũdo vt habeãt gaudiũ meũ impletũ in semetipsis. Ego dedi eis ꝛmonẽ tuũ ꝛ mũdus eos odio habuit qꝛ nõ sunt de mũdo sicẽ ꝛ ego nõ sum de mundo. Nõ rogo vt tollas eos de mũdo sed vt ꝛues eos a malo. De mundo nõ sunt sicut ꝛ ego nõ sum de mũdo. Sctifica eos in veritate. ꝛmo tuꝰ veritas est. sicut tu me misisti in mũdũ. et ego misi eos ĩ mũdũ ꝛ ego ꝓ ipꝛ sanctifico meipm vt sint ꝛ ipsi sctificati in veritate Non ꝓ bis aũt rogo tantũ. sed ꝛ ꝓ eis qui credituri sunt ꝓ verbum eoꝝ in me. vt oẽs vnũ sint. sicut ꝛ ego pater in te ꝛ tu in me. vt et ipsi in nobis vnum sint. vt mundꝰ credat qꝛ tu me misisti Et ego claritatẽ quã dedisti mihi. dedi eis. vt sint vnuz sicut ꝛ nos vnum sumꝰ. Ego in eis ꝛ tu in me vt sint cõsummati in vnuz et cognoscat mũdus qꝛ tu me misisti. ꝛ dilexisti eos sicut et me dilexisti Pater q̃s dedisti mihi volo vt vbi ego sum et illi sint mecũ vt videãt claritatẽ meã quaz dedisti mihi. qꝛ dilexisti me añ cõstitutiõem mũdi. Pater iuste mundꝰ te nõ cognouit. ego aũt cognoui et hi cognouerũt qꝛ tu me misisti et notuz feci eis nomen tuũ vt dilectio. qua dilexisti me. in ipsis sit et ego in ipsis.

Decima rubricella.

Undecia rubricella.

Duodecima rubricella.

De oratione Jesu

et sua captione. M. xxvi. R. xviij. L. xxij. J. xviij. Capitulum. clij.

Hec. J. cum dixisset Jesus et. M. hymno. R. dicto exierunt in mõtem oliueti et. L. egressus ibat ꝛm consuetudinẽ in montẽ oliuaꝝ trãs torrentẽ. J. cedron in villaz. M. in prediũ. R. cui nomen getbsemani. Secuti. L. sunt autem eum et discipuli eiꝰ Sciebat J. et iudas q̃ tradebat eum locuz. qꝛ freq̃nter ꝓuenerat iesus illuc cum discipulꝭ suis et. M. dixit R. Sedete hic donec M. vadã illuc. M. et orẽ. R. Et coassumpto. M. R. petro et duobꝰ filijs zebedei cepit. M. ꝓtristari et

mestus esse pauere. R. et tedere Tunc M
ait. R. ill'. Tristis est aīa mea vsq; ad mor
tem. Sustinete hic; vigilate mecuz; L.
ipse auulsus est ab eis q̄ntum est iact⁹ la/
pidis Et pgressus M. R. pusillum proci
dit. M. in faciē suā sup. R. terrā et orabat
vt si fieri possz trāsiret ab
eo hora Et dixit Abba pr̄ Potest intel
ligi q; xp̄us
omnia possibilia sunt tibi his ita dixit
transfer hunc calicē a me.
sz nō qd̄ ego volo sz qd̄ tu
Vi. M. pat si possibile est trāseat a me
calix iste. Uerumtamē nō sicut ego volo sz
sicut tu. Et venit ad discip'los suos; M.
inuenit. R. eos dormientes. z dixit petro
sic. Symō. R. dormis. Nō. M. potuisti
R. vna hora vigilare mecum? Uigilate z
orate vt nō intretis in tentatōem. Spūs
quidē promptus est caro autez infirma.
Iterū scdo abiit z orauit eundē sermonez
dicēs. Pater M. mi si nō pōt hic calix trā
sire nisi bibā illū fiat volūtas tua Et venit
M. R. iterū; inuenit eos dormiētes Erāt
enī oculi eoz grauati z ignorabāt. R. q̄d
rīderēt ei. Et relictis. M. illis itez abiit
z orauit eundē sermonē. z positis L. geni
bus orabat dicēs. Pater si vis trāsfer cali
cem istū a me. Uerūtn nō Probabile ē
q; fuit gabri
el.
mea sed tua voluntas fiat
Apparuit autē illi angel⁹
de celo cōfortans eū. Et factus in agonia
prolixi⁹ orabat. z factus est sudor ei⁹ sicut
gutte sanguis decurrētis in terrā. Et cuz
surrexisset ab oratōe z venisset ad discip'los
suos inuenit eos dormiētes p̄ tristicia. et
ait illis Quid dormitis? Dormite iā M.
R. z requiescite. Sufficit. R. surgite. L. et
orate ne intretis in tentatōem. Ecce. M.
appropinq̄bit. R. hora z filius hois tradet
in manus pctoz. surgite eamus Ecce q̄ me
tradet ipse est. Judas J. ergo cū accepisset
cohortē a pontificib; z phariseis mīstros
venit illuc cū laternis z facib; z armis. Et
M. adhuc R. iesu loquēte Ecce iudas sca
riothis vn⁹ ex. xp̄i. z cū eo turba multa cuz
gladiis z fustib; missi M. a principib; sa/
cerdotū z scribis R. z senioribus M. R. po
puli. Dederat aūt traditor eis signū dicēs.
Quēcunq; osculat⁹ fuero ipe est tenete eū
z ducite. R. caute z L. antecedebat eos z
appropinquit iesu vt osculare⁹ eū Et M.
cū venisset R. statī accessit ad eū z ait Rab/
bi. R. Aue M. rabbi. z M. osculat⁹ R. est
eum. Dixit M. ei Jesus Amice. Ad q̄d ve
nisti? Juda oscl'o filiū hois tradis Jesus
J. itaq; sciēs oīa que vētura erāt sup eum
pcessit z dixit eis. quē queritis? Rnderūt
ei Jesum nazarenū dixit eis iesus ego sum.
Stabat aūt z iudas qui tradidit eū cū ipīs
Ut ergo dixit eis Jesus
ego sum abierūt retrorsum Intelligendū est postq̄
iūdas osculatus est ihesū
q; pcesserat regressus ad
turbas ad q̄s iesus pcessit
z ceciderūt in terrā. Iterū
ergo eos interrogauit Quē
queritis? Illi autē dixerūt
Jesum nazarenū. Rndit ie/
sus Dixi vobis quia ego
sum. si ergo me q̄ritis si/
nite hos abire Ut ipleret
sermo quē dixit q; q̄s dedisti mihi nō per
didi ex eis quēq; Tūc M. accesserūt z ma
nus M. R. iniecerūt in iesum z tenuerūt eū
Videtes. L. aūt hi qui cū ipso erāt. quod
futurum erat dixerūt ei. Dñe si pcutim⁹ i gla
dio. Rndit aūt iesus ait. sinite vsq; huc Sy/
mon M. R. ergo petr⁹ hūs gladiū eduxit
eum z pcussit pōtificis summi. R. sacerdo
tis seruū z abscidit auriculā ei⁹ dexterā J.
Erat autem nomē seruo
malchus. Dixit ergo Je/ Intelligendū est q; non
expectata re
sponsōe xp̄i
petrus pcus
sit.
sus petro Mitte gladiuz
in vaginā. Calicē quē de
dit mihi pater non vis vt
bibā illū? Oēs M. enī q̄
acceperīt gladium gladio peribūt An pu
tas q; nō possum rogare patrē meū z exhi
bebit mihi mō plusq; duodecī legiōes an
gelorum? Quō ergo ipleb̄unt scripture? q;
sic oportet fieri. Et L. cū tetigisset auricu
lam ei⁹ sanauit eum. Dixit autē Jesus ad
eos q̄ venerāt ad se p̄cipes sacerdotum z
magistrat⁹ tēpli z seniores Tanq; M. L.
ad. R. latronē existis cū gladiis z fustibus
cōprehēdere me. cū q̄tidie. L. fuerī vobis/
cum in tēplo z sedebā M
docēs z nō M. me. R. te Superuenerāt forte aliqui cum turba. vel post. vel iō dicunt principes venisse q; miseruut suos.
nuisti. sed hec est hora ve
stra z ptās tenebras? Hoc
M. autē. R. totum factū
est vt ad implerētur scri/
pture xp̄i hetas? Tunc M
discipuli R. relicto eo om
nes fugierunt. Adolescēs R. autē qui da;
sequebat eum amict⁹ sindone sup nudo z
tenuerunt eum Et ille relicta sindone nu
dus pfugit ab eis. Cohors. J. autē et tri
bunus et mīstri iudeorum cōprehēderūt

Jesum ⁊ tenētes. M. L. ligauerūt eum ⁊ adduxerūt eū ad Annā primū. Erat enim socer Cayphe qui erat pōtifex anni illius Erat autē Cayphas qui cōsiliū dederat iudeis quia expedit vnū hoīem mori pro populo Et cōuenerūt R. in vnū oēs sacerdotes scribe ⁊ pharisei ⁊ seniores.

De missione Jesu

ad Annā. Et prima negatōne petri. M. xxvi. R. xiiij. L. xxij. J. xviij. Ca. cxliij

Sequebat. J. autē Jesum Simō Petr⁹ ⁊ alius discipul⁹. discipul⁹ autē ille erat notus pōtifici ⁊ introiuit in atriū principis cū Jesu Petrus aūt stabat ad hostiū foris. Exiuit ergo alius discipul⁹ qui erat notus pōtifici ⁊ dixit hostiarie ⁊ introduxit petrū. dixit ergo petro ancilla hostiaria summi R. sacerdotis cū vidisset Petrū calefaciētē se L. sedentē ad lumē. Et M. tu cū iesu nazareno R. galileo eras. Nūq̄d. J. ⁊ tu ex discipulis es hoīs istius? Et hic. L. cū illo erat At M. ille R. negauit. L illum coram omnib⁹ dicens. Mulier. L. nō noui illū Nō J. sum neq̄. R scio. neq̄ noui q̄d dicas. Stabāt J. aūt serui ⁊ ministri ad prunas q̄ frig⁹ erat ⁊ calefaciebāt se Erat autē cum eis ⁊ Petr⁹ stās ⁊ calefaciēs se. Et. R. exiuit foras ante atriū ⁊ gallus cātauit. Pontifex. J. ergo interrogauit Jesum de discipulis ⁊ de doctrina ei⁹ Rn̄dit ei Jesus. Ego palā locutus sum mundo ego semp̄ docui in synagoga ⁊ in templo quo om̄es iudei cōueniūt ⁊ in occulto locut⁹ sum nihil. Quid me interrogas Interroga eos q̄ audierūt que locut⁹ sum ipsis. Ecce hi sciunt q̄d dixeri ego Hec cū dixisset vnus assistens ministrorū dedit alapā Jesu dicēs. Sic respōdes pōtifici? Respōdit ei Jesus Si male locut⁹ sum testimoniū p̄hibe de malo. si aūt bene quid me cedis? Et misit eū annas ligatum ad Caypham pontificē.

Quāuis diuersi diuersi modo videāt̄ loq̄ de mō cōcordandi triplicē negationē petri ita vt Aug. sentire videatur totā fuisse ī domo Anne Jp̄e nihilominus vel alij non intēdūt p̄iudicare p̄babiliori mō dicendum si ex textu possit elici sicut eē videt̄ modus hic contentus iudicet lector.

De missione Jesu

ad cayphā M. xxvi R. xiiij. L. xxij J. xviij

Capitulum. cxliiij.

At. M. illi tenētes Jesum duxerūt illū ad Cayphā principē sacerdotū vbi scribe seniores ⁊ pharisei cōuenerāt Petrus M. R. autē sequebat̄ eum alonge vsq̄ in atriū principis sacerdotū. Et ingressus intro sedebat cū ministris vt M. videret finē. Accenso. L. autē igne in medio atrio ⁊ circūsidentib⁹ illis. erat petrus in medio eoꝝ ⁊ calefaciebat se ad ignem. Principes autē sacerdotum ⁊ om̄e cōsiliū querebāt falsum cōtra Jesuz testimoniū vt eū morti traderēt ⁊ nō inueniebāt cuz multi falsi testes accessissent ⁊ R. cōuenientia testimonia nō erant Nouissime. M. autē venerūt duo falsi testes ⁊ R. falsum testimoniū ferebāt aduersus eū dicentes. Om̄ nos audiuim⁹ eū dicētē. Ego dissoluā tēplū hoc manufactū ⁊ post triduū aliud nō manufactū edificabo Hic. M. dixit possum destruere tēplū dei ⁊ post triduū reedificare illd̄ Et R. nō erat ꝯueniēs testimoniū illoꝝ Et exurgens summ⁹ sacerdos in mediū interrogauit Jesum dicēs Nō rn̄des quicq̄ ad ea q̄ tibi obijciūtur ab his? Ille autē tacebat ⁊ nihil respōdit Rursus summ⁹ sacerdos interrogauit eū ⁊ dixit ei Adiuro M. te p̄ deum viuū vt dicas nobis si es xp̄s fili⁹ dei benedicti. R. Dixit illi Jesus. Tu dixisti. Ego. R. sum. Verūtamē M. dico vobis amodo videbitis M. R. filiū homis sedētem a dextris virtutꝫ dei ⁊ venientē in nubib⁹ celi Tūc princeps sacerdotū scidit vestimēta sua dicēs. Blasphemauit. q̄d adhuc egemus testib⁹ ⁊ desideram⁹ R. testes Ecce. M. nunc. R. audistis blasphemiā. quid vobis videt̄? Qui. R. om̄es. M. condemnauerūt eum reū esse mortis. Et. L. viri qui tenebāt eū illudebāt ei. Tūc M. expuerūt. R. L. in faciē eius ⁊ velauerūt L. eum cedētes. L. eū colaphis. R. et. L. interrogauerūt. M. eū dicentes p̄phetisa nobis Christe quis est qui te p̄cussit? Et R. ministri eum alapis cedebant / et alia multa blasphemantes dicebant in eum.

Difficultas p̄uenit ī hoc passu q̄ tres euāgeliste n̄ loquūtur de Anna iō videnť ꝯ p̄hendere factum Anne cū facto caiphe vt ī p̄ma negatiōe petri q̄ hic ponit cū duab⁹ alijs.

De secunda ⁊ ter//

tia negatione petri. M. xxvi. R. xiiij L. xxij. J. xviij.

Capitulum. cclv.

Exeunte. M. autē petro ianuā rursus R. cū vidisset illū alia. M. ancilla R. cepit dicere circūstantib⁹ Quia hic ex illis est. Hic. M. erat cū Jesu nazareno. Et. L. post pusillū alius vidēs eū dixit. Et tu de illis es. Erat J. autē Simon petr⁹ stās ⁊ calefaciēs se. Dixerunt ergo ei. Nunq̄d ⁊ tu ex discipulis ei⁹ es? Et iterum negauit cū iuramento q⁊ nō noui hoīem. Et. M. post. R. pusillū interualo L. q̄si hore vni⁹ rursus M. R. qui astabant dicebant petro. Vere ex illis es. Nā ⁊ galileus es ⁊ loquela. M. tua manifestū te facit. Dixit J. vn⁹ ex seruis pontificis cognatus eius cui⁹ petr⁹ abscidit auriculā. Nonne ego te vidi in horto cū illo? ille. R. ātcepit anathematisare detestari M. ⁊ iurare M. R q⁊. R. nescio hoīem istu⁹ quē dicit⁹. Et ꝓtinuo L. adhuc eo loquēte iterꝙ R. gallus M. R. cātauit. L J. Et. L. cōuersus dominꝰ respexit petrū. Et M. recordatus. L. R. est petrus verbi dñi sicut dixerat q⁊ ꝑ priusq̄ gallus cantet bis R. ter me negabis Et egressus foras fleuit amare.

Glosa

Intelligendū q⁊ in qualibet negatione petri mīte ꝓpositione locute sunt sīē fuit ī ttumultu. ⁊ q⁊ petr⁹ nūc exijt nūc rediit vt turbat⁹. nō ꝓsiderās q̄d diceret aut ageret ꝓ timore et nūc stabat nūc sedebat Possūt etiā itelligi tres esse in nocte gallicāt⁹ circa mediā nocte. circa tertiā. circa auroꝛā. nō aūt videt q⁊ Jhesus ⁊ petrus manserūt in domo Anne vel ad scōm aut tertium gallicantum Et forte etiam ꝓpetrus ī prima negatione ter negauit anteq̄ gallus cātaret. q⁊ nō negat euāgeliu⁹ plures q̄ tres fuisse negationes.

De tertia cōuentō

ne seniorū ⁊ traditōe iesu pilato. M. xxvij R. xiiij. et. xv L. xxij. et. xxiij. J. xviij. ⁊. xix

Capitulū xl vi.

In Ane. M. autē facto vt factus. L. est dies conciliū M. inierunt oēs principes sacerdotū ⁊ seniores populi aduersus iesum vt eum morti traderēt. Et adduxerūt L. eū in consiliū suum dicētes Si tu es xp̄s dic nobis. Et ait ill'. Si dixero vobis nō creditis mihi. si aut ēt interrogauero nō rndebitis mihi neq̄ dimittetis. Ex hoc autē erit filius hois sedens a dextris virtutis dei. Dixerūt aut ē oēs Tu ergo es filius dei? Qui ait Vos dicitis quia ego sum. At illi dixerūt. Quid adhuc desideram⁹ testimoniū. ipsi ei audiuimus de ore ei⁹. Et surgens oīs mltitudo eorū ⁊. R. vinciētes. M. iesum duxerunt illū ad pilatum a caypha in ꝓtoriū. Erat autē mane ⁊ ipsi nō introierūt in prętoriū vt non contaminarētur sed manducarēt pascha. Exiuit ergo ad eos Pylatus foras ⁊ vinctum M. adduxerūt et tradiderunt Pontio Pilato prefidi.

Tunc videns q̄ eum tradidit q⁊ dānatus esset penitētia ductus retulit xxx. argenteos principibus sacerdotū ⁊ senioribꝫ populi dicens. Peccaui tradēs sanguinē iustum. At illi dixerūt. Quid ad nos? Tu videris. Et ꝓiectis in templo argēteis recessit ⁊ abiens laqueo se suspendit Principes aut ē sacerdotum acceptis argēteis dixerūt. Non licet mittere eos ī carbonā quia pretiū sanguinis est. Consilio aut ē inito emerūt ex illis agrum figuli in sepultrā peregrinorum ꝓpter hoc vocatus est ager ille achelidemach. hoc est ager sanguinis vsq̄in hodiernū diem. Tunc adimpletū est quod dictum est ꝑ Jeremiam ꝓphetam dicentē. Et acceperūt. xxx. argenteos preciū appreciati quod appciauerūt a filijs israel ⁊ dederūt eos in agrū figuli sicut constituit mihi dominus Jesus aut ē stetit ante presidem. Et J. dixit p̄ses. Quā accusatiōem affertis aduersus hominez hunc? Respōderunt ⁊ dixerunt ei. Si nō esset malefactor non tradidissemus eum tibi. Ait ergo illis pylatus. Accipite eum vos et secundum legem vestram iudicate eum. Dixerunt ergo ei iudei. Nobis non licet interficere quemquam. vt sermo ihesu impleretur quem dixit significans qua morte esset moriturus. Introiit ergo iterum pylatus in prętorium et vocauit jesum et dixit ei. Tu es rex iudeorum? Respondit jesus. A temetipso hoc dicis an alii dixerunt tibi de me? Respondit pylatus. Numquid ego iudeus sum? Gens tua et pontifices tui tradiderunt te mihi. Quid fecisti? Respondit jesus. Regnum meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meum ministri mei utique decertarent ut non tradar iudeis. Nunc autem regnum meum non est hinc. Dixit ergo pylatus ei. Ergo rex es tu? Respondit jesus. Tu dicis quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum et ad hoc veni in mundum ut testimonium perhibeam veritati. Omnis qui est ex veritate audit vocem meam. Dicit ei pylatus. Quid est veritas? Et cum hoc dixisset iterum exiit ad judeos et dicit eis. Ego nullam invenio in eo causam. Est autem consuetudo vobis ut unum dimittam vobis in pascha. Vultis ergo dimittam vobis regem judeorum? Clamauerunt rursum omnes dicentes. Non hunc sed barabbam. Erat autem barabbas latro. Tunc ergo apprehendit pylatus jesum et flagellauit. Et milites plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti ejus et veste purpurea circumdederunt eum et venientes ad eum dicebant. Ave rex judeorum et dabant ei alapas. Exiit iterum pylatus foras et dicit eis. Ecce adduco vobis eum foras ut cognoscatis quia nullam invenio in eo causam. Exiit ergo jesus portans coronam spineam et purpureum vestimentum et dicit eis pylatus. Ecce homo. Cum ergo vidissent eum pontifices et ministri clamabant dicentes. Crucifige crucifige eum. Dicit eis pylatus. Accipite eum vos et crucifigite. Ego enim non invenio in eo causam. Responderunt ei judei. Nos legem habemus et secundum legem debet mori quia filium dei se fecit. Cum audisset pylatus hunc sermonem magis timuit. Et intravit iterum in prętorium et dicit ad jesum. Unde es tu? Jesus autem responsum non dedit ei. Dicit ergo ei pylatus. Mihi non loqueris? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te et potestatem habeo dimittere te? Respondit jesus. Non haberes potestatem adversum me ullam nisi tibi datum esset desuper. Propterea qui tradidit me tibi maius peccatum habet. Et exinde quærebat pylatus dimittere eum. Judei autem clamabant dicentes. Si hunc dimittis non es amicus cesaris. Omnis enim qui se regem facit contradicit cesari. Pylatus autem hec verba audiens adduxit foras jesum et sedit pro tribunali in loco qui dicitur lithostrotos hebraice autem gabbatha. Erat autem parasceue pascha hora quasi sexta. Et dicit judeis. Ecce rex vester. Illi autem clamabant. Tolle tolle crucifige eum. Dicit pylatus. Regem vestrum crucifigam? Respondit pontifices. Non habemus regem nisi cesarem. Tunc ergo tradidit eis illum ut crucifigeretur. Suscepit autem jesum et eduxit et bajulans sibi crucem exiit in eum qui dicitur calvarie locum hebraice autem dicitur golgotha. Ubi crucifixerunt eum et cum eo alios duos hinc et inde medium autem jesum. Scripsit autem et titulum pylatus et posuit super crucem. Erat autem scriptum. Jesus nazarenus rex judeorum. Hunc ergo titulum multi legerunt judeorum. Et erat scriptum hebraice grece et latine. Dicebant ergo pylato principes sacerdotum judeorum. Noli scribere rex judeorum sed quia ipse dixit rex sum judeorum. Respondit pylatus. Quod scripsi scripsi. Milites ergo cum crucifixissent jesum acceperunt vestimenta ejus et fecerunt quatuor partes unicuique militi partem et tunicam. Erat autem tunica inconsutilis desuper contexta per totum. Dixerunt ergo ad invicem. Non scindamus eam sed sortem mittamus de illa cujus sit. Ut scriptura impleretur dicens. Partiti sunt vestimenta mea sibi et super vestem meam miserunt sortem. Et milites quidem hec fecerunt. Stabant autem juxta crucem jesu mater ejus et soror matris ejus maria cleophe et maria magdalene. Cum vidisset ergo jesus matrem et discipulum stantem quem diligebat dicit matri sue. Mulier ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. Postea sciens jesus quia omnia consummata sunt dicit ut consummaretur scriptura. Sitio. Vas ergo positum erat aceto plenum. Illi autem spongiam plenam aceto et hysopo circumdantes obtulerunt ori ejus. Cum ergo accepisset jesus acetum dixit. Consummatum est. Et inclinato capite tradidit spiritum. Judei ergo ut non remanerent in cruce corpora sabbato erat enim parasceue magna enim erat dies illa sabbati rogauerunt pylatum ut frangerentur eorum crura et tollerentur. Venerunt ergo milites et primi quidem fregerunt crura et alterius qui crucifixus est cum eo. Ad jesum autem cum venissent ut viderunt eum jam mortuum non fregerunt ejus crura sed unus militum lancea latus ejus aperuit et continuo exiit sanguis et aqua. Et qui vidit testimonium perhibuit et verum est testimonium ejus. Et ille scit quia vera dicit ut et vos credatis. Facta sunt enim hec ut scriptura impleretur. Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit. Videbunt in quem transfixerunt. Postea rogauit pylatum joseph ab arimathia qui erat discipulus jesu occulte autem propter metum judeorum ut tolleret corpus jesu. Et permisit pylatus. Venit ergo et tulit corpus jesu. Venit autem et nicodemus qui venerat ad jesum nocte primum ferens mixturam myrre et aloes quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus jesu et ligauerunt illud cum aromatibus sicut mos est judeis sepelire. Erat autem in loco ubi crucifixus est hortus et in horto monumentum novum in quo nondum quisquam positus fuerat. Ibi ergo propter parasceuen judeorum quia juxta erat monumentum posuerunt jesum.

Pbe reseruato ibidē et a seruis custodito nō sine ꝓtumelijs ⁊ flagellis.

Litera aug. habz ad cayphā. sed hec est clarior lz saluet suam vide.

Attendēda est mltiplex acceptio passe vide ī postillis. Scōa rubricella.

Tertia rubricella.

Quamuis hec prophetia sit magis in zacharia. nihilominus venit in mētē hieremie ꝓpter aliquā similitudinē quorundam⁹ verborū hic positorum cum

lefactor nõ tibi tradidisse
mus euz. Dixit ergo eis
pilatus. Accipite eũ vos
z ſm legez vestrã iudica-
te eũ. Dixerũt ergo iudei
Nobis nõ licet interfice-
re quẽq; vt sermo iesu im
pleret quem dixit signifi-
cãs qua morte esset mori
turus. Ceperũt L. xxij. ãt
illum accusare dicentes.
Hunc inuenim⁹ subuer-
tentẽ gentẽ nostrã. z ꝓhi
bẽtẽ tributa dari cesari z
dicentẽ se xp̃m regẽ eẽ. Pi
lat⁹ ergo interrogauit eũ dicẽs. Tu es rex
iudeoꝝ? At ille respondẽs ait. Tu dixisti
Ait autẽ pilatus ad principes sacerdotũ
z turbas. Nihil inuenio cause in hoc ho-
mine. At illi inualescebãt dicẽtes. Cõmo
uit populũ docens ꝑ vniuersam iudeam
incipiẽs a galilea vsq; huc Pilatus autez
audiẽs galileã. Interrogauit si homo ga
lileus esset. Et vt cognouit q̃ de herodis
potestate esset remisit eũ ad hierodẽ qui z
ipse hierosolimis erat illis diebꝫ Hero
des autẽ viso iesu gauisus est valde. Erat
enĩ ex multo tempe cupi-
ens videre eũ eo q̃ audie-
rat multa de illo. Et spe-
rabat signũ aliquod ab eo videre fieri In
terrogabat ergo illũ multis sermonibus.
At ipse nihil illi rñdebat. Stabãt etiã prĩ
cipes sacerdotũ z scribe constãter accusan
tes eũ. Spreuit autẽ illũ herodes cũ exer
citu suo z illusit indutũ veste alba z remi-
sit ad pilatũ. Et facti sunt amici herodes
z pilatus in ipsa die. Nam antea inimici
erãt ad inuicẽ Pilatus autẽ cõuocatis p̃n
cipibꝫ sacerdotũ z magistratibꝫ z plebe di
xit ad illos Obtulistis mihi hominẽ hũc
q̃si auertentẽ ppl'm. Et ecce ego corã vob̃
interrogãs nullã cãm inuenio in homĩe
isto ex his in quibꝫ eũ accusatis sed nec he
rodes? Naz remisi vos ad illũ z ecce nihil
dignũ morte actũ est ei Intrauit ergo ite-
rũ in pretoriũ Pilatus. z vocauit iesum z
dixit ei. Tu es rex iudeorũ? Respõdit Je-
sus. A temetipso hoc dicis An alij tibi di
xerũt de me. Rñdit Pilatus Nunq̃d iude
us ego sum? Gens tua z pontifices tradi-
derũt te mihi. quid fecisti? Respondit Je-
sus Regnũ meũ non est de hoc mũdo Si

verbis suis z non curauit mutare. quoniã oẽs prophtee vno spiritu locuti sunt tanq̃ si vnus scritor diuersis calamis conscriberet cadẽ scriptura videret. vide ĩ postillis

Quarta rubricella.

ex hoc mundo essz regnũ meũ mĩstri mei
vtiq; decertarẽt vt nõ traderer iudeis Nũc
autẽ regnũ meũ non est hinc. Dixit itaq;
pilatus. Ergo rex es tu? Respõdit Jesus.
Tu dicis. qz rex sum ego. Ego in hoc na-
tus sum z ad hoc veni in mundũ vt testĩo-
niũ ꝑhibeã veritati Om̃is qui ex veritate
est audit vocẽ meã. Dixit ei pilat⁹. Quid
est veritas? Et cuz hoc dixisset ad iudeos
iteꝝ exiuit z dixit eis Ego nullã cãm inue
nio in eo. Est autem cõsuetudo vobis vt
vnũ dimittã vobis in pa
scha. vultis ergo dimittã
vobis regẽ iudeoꝝ. Cla-
mauerũt rursum oẽs dicẽtes. Non hunc
sed barrabam. Erat autẽ barrabas latro
qui. L. xxiij. erat propter seditõem quan-
dam factã in ciuitate z homicidiũ missus
in carcerẽ Iterũ ergo pilatus locut⁹ est ad
illos volens dimittere Jesum. At illi suc-
clamabãt dicẽtes. Crucifige crucifige illũ
Ille autẽ tertio dixit ad illos. Quid eniz
mali fecit ille? Nullã causam mortis inue
nio in eo. Corripiã ergo
illũ z dimittã Tunc. J
xix. ergo pilat⁹ apprehẽ-
dit iesuz z flagellauit z mi
lites plectẽtes coronã de
spinis imposuerũt capiti
eius z purpura circũdede
runt eũ z veniebãt ad eũ
z dicebãt. Aue rex iudeo-
rum et dabant ei alapas.
Exijt iterũ pilatus foras
z dixit eis. Ecce adduco
euz vobis foras vt cogno
scatis quia in eo nullam
causam inuenio. Exijt er
go Jesus portãs coronã
spineã z purpureũ vestim̃
tum z dicit eis. Ecce hõ.
Cum ergo vidissent eum
põtifices z ministri clama
bant dicẽtes. Crucifige crucifige eũ. Di-
cit eis pilatus. Accipite eũ vos z crucifigi
te. Ego enĩ nõ inuenio in eo causam. Re-
sponderũt ei iudei. Nos legem habem⁹ et
ſm legẽ debet mori qz filium dei se fecit.
Cum ergo audisset pilatus hũc sermonẽ
magis timuit. ¶ Et ingressus est iterũ in
pretoriũ z dicit ad Jesum Unde es tu? Je
sus autẽ respõsum nõ dedit ei. Dicit ei pi
latus. mihi nõ loqueris. Nescis quia po-

Quĩta rubricella.

Sexta rubricella.

Glosa. Uident etiã plures fuisse flagellatões xp̃i vt ista q̃ facta ẽ ad satisfaciendũ iudeis. veluti quedã punitio. altera vero iuxta legẽ romanoꝝ ſzm q̃ prius flagellabat̃ occidend⁹

Septĩa rubricella.

testatē habeo crucifigere te ⁊ potestatē habeo dimittere te? Respōdit Jesus Non haberes potestatē aduersus me vllā nisi tibi essz datū desuper. ꝓpterea qui me tradidit tibi maius peccatū habz Et exinde querebit pal atus dimittere eū. Judei autē clamabāt dicentes. Si hūc dimittis nō es amicus cesaris. Omīs enī qui se regem facit ꝯtradicit cesari Pilatus ergo cū audisset hos sermōes adduxit foras iesum ⁊ sedit ꝑ tribunali in loco qui dicit̄ licostratus hebraice autē gabatha vel golgatha. Erat aūt pasceue pasce hora q̄si sexta Et dicit iudeis Ecce rex vester. Illi autē clamabāt Tolle tolle crucifige eū. Dicit ei pilat⁹. Regem vestrū crucifigā? Responderūt pōtifices. Nō habem⁹ regem nisi cesarē Et. R. xv. accusabāt eum summi sacerdotes in mlt̄is ⁊ seniores M. populi ⁊ nihil respondit. Pilat⁹ R. autē rursus interrogauit eū dicēs Non respōdes quicq̄. vides in quātis te accusant? Jesus autē amplius nihil respōdit. Ita vt miraret̄ Pilatus preses. M. vehemēter. Per. R. xv. diē autem festum solebat dimittere illis vnū ex vinctis quēcunq̄ petissent. Erat autez q̄ dicebat̄ barrabas qui cū sedicios vinctus erat qui in seditōne fecerat homicidiū Et cum ascēdisset turba cepit rogare sic̄ semꝑ faciebat illis. Congregatis. M. ergo illis dixit pilatus. Quē vultis dimittā vobis barrabā. an Jesum qui dicit̄ christus. Sciebat enī q̄ ꝑ inuidiā tradidissent eū summi. R. sacerdotes Sedente M. autem eo pro tribunali. misit ad euz vxor eius dicēs Nihil tibi et iusto illi. mlt̄a enim passa sum hodie per visum, propter eum. Principes autē sacerdotū et seniores persuaserūt popul̄ et concitauerunt. R. turbam vt. M. peterēt barrabaz Jesum vero perderēt. Respōdens autem preses ait illis. Quē vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerūt Barrabam.

Probabile est iesuz crucifixuz inter tertiā et sextam horā. et q̄ mediū ꝑticipat extrema Marcus ponit tertiā Alij sextam vl̄ q̄i sextam Intelligendū est multa fuisse facta ⁊ dicta ⁊ ꝑ pilatū et iudeos quoꝝ aliqua narrat euāgelista alter alia ⁊ aliquādo talia que videtur eē similima sicut possepotuerunt.

Octaua rubricella.

Nona rubricella.

Dicit illis Pilatus Quid ergo faciam de Jesu qui dicit̄ christus? Dicūt om̄es crucifigatur. Ait illis preses. Quid enī mali fecit? At illi magis clamabāt dicētes crucifigatur. Videns autem pilatus q̄ nihil proficeret/sed magis tumult⁹ fieret accepta aqua lauit manus coram populo dicēs. Innocens ego sum a sanguine iusti huius vos videritis. Et respondens vniuersus populus dicens. Sanguis eius super nos ⁊ super filios nostros. Adiudicauit. L. xxiij. fieri petitōem eorum. Tunc. M. dimisit illis barrabam Jesum autē flagellatū tradidit eis vt crucifigeret̄. Tūc milites presidis suscipiētes Jesum in pretorio cōgregauerunt ad eum vniuersam cohortē ⁊ exuētes euz clamidē coccineā circundederūt ei Et plectentes coronaz de spinis posuerunt sup caput eius et arundine in dextera eius ⁊ genuflexo ante eum illudebāt dicentes. Aue rex iudeorum. Et expuentes in eum acceperūt arūdinem ⁊ ꝑcutiebant caput eius. Et postq̄ illuserunt et exuerunt clamidē ⁊ induerunt vestimētis eius ⁊ duxerūt eum vt crucifigeret̄. Pilatus. R. autē volens populo satisfacere dimisit ill̄ barrabā/ ⁊ tradidit eis Jesum flagellis cesum vt crucifigeret̄. Milites autem duxerunt Jesum intro in atriū pretorij ⁊ conuocāt totā cohortem et induūt purpura et imponūt ei plectentes coronam spineā/ ⁊ ceperunt salutare eum dicētes. Aue rex iudeorum Et percutiebant caput eius arūdine ⁊ conspuebāt eum/ ⁊ ponentes genua adorabant eum Et postq̄ illuserūt ei exuerūt illuz purpura/ ⁊ induerunt illum vestimentis suis.

Decima rubricella.

Undecīa rubricella.

Hec flagellatio videtur eadē cū p̄cedenti.

De deductione iesu ad crucem ⁊ eius crucifixiōe. M. xxviij R. xv. L. xiij. J. xix.

Capitulum. clxvij.

Susceperūt J. āt iesum ⁊ eduxerūt eū ⁊ baiulās sibi crucē exiuit ī euz q̄ d̄r caluarie locū hebraice golgatha. Et cū ducerēt eū Apprehēderūt Symonē quendā cyrenēsem venientē de vil/

la. patrē. R. alexādri ⁊ rufi. Hūc M. anga
riauerūt vt tolleret crucē eius. Et. L. im/
posuerūt illi crucē portare post iesuꝫ Se/
quebat autē illū turba mlta populi ⁊ mu
lierū que plangebāt ⁊ lamentabant eum.
Cōuersus autē ad illas iesus dixit. Filie
hierusalē nolite flere sup me sed super vos
ipsas flete ⁊ sup filios vestros Quoniā ec
ce veniēt dies in quibꝫ dicent. Beate steri
les ⁊ ventres que nō genuerūt ⁊ vbera que
nō lactauerūt. Tūc incipiēt dicere monti
bus cadite sup nos ⁊ collibꝫ coopite nos.
quia si in viridi ligno hoc faciūt in arido
quid fiet? Ducebant autē et alij duo neq̄
cum eo vt interficerent. Et. M. venerunt
in locum qui dicit golgata qd est caluarie
locus. Et dederūt ei vinū
mirratum M. R. bibere
M. cū felle mixtū ⁊ cum
gustasset noluit bibere: et
nō R. accepit. Ibi. L. cru
cifixerūt eū ⁊ latrones vnū a dextris ⁊ alte
rū a sinistris hinc. J. ⁊ hinc mediū autem
Jesum. Et. R. impleta est scriptura q̄ dic.
Et cū impijs deputat⁹ est Jesus L. aūt di
cebat. Pater dimitte illis Non enī sciunt
q̄d faciūt. Scripsit. J. autē ⁊ pilat⁹. L. ti/
tulū cause. R. eius ⁊ posuit sup crucē sup
caput. M. eius. Erat. L. autē supscp̄tio
scripta sup illū literis grecis latinis ⁊ he/
braicis Hic M. est Jesus nazaren⁹ L. rex
M. R. iudeoꝝ. L. J. Hūc. L. ergo titu/
lum multi legerūt iudeoꝝ quia ꝓpe ciuita
tem erat locus vbi crucifix⁹ est Jesus ⁊ erat
hebraice grece ⁊ latine scriptū. Dicebant
ergo pilato pontifices iudeorū. Noli scri
bere rex iudeoꝝ sed qꝛ ipse dixit rex suꝫ iu
deorum. Rñdit pilatus qd scripsi scripsi
Milites ergo cū crucifixissent eū accepe/
runt vestimenta eius ⁊ fecerunt quatuor
partes vnicuiq̄ militi partem ⁊ tunicam
Erat autem tunica incōsutilis desuper
cōtexta p totū. Dixerūt ergo adiuicē. Nō
scindam⁹ eā sed sortiamur de ea cuius sit.
Vt scriptura impleret dicēs Partiti sunt
vestimēta mea sibi ⁊ in vestē meā miserūt
sortem. Et milites q̄dē hec fecerūt. Erat
autē hora tertia ⁊ crucifixerūt eum.

Dis datū est vel hic est p̄ occupatio p. M. R. et. L.

De irrisione Jesu

in cruce ⁊ de verbis eius ⁊ signis p⁹ mortē
Mat. xxvij. R. xv Lxxiij
⁊ J. xix E. cxlviij

Ultra glo. p̄ dictā videatur Aug. qu

Retereūtes autez
blasphemabant eum mo
uentes capita sua / et di/
centes Vach qui destru
is templum dei et in tri/
duo illd reedificas. salua
teip̄z si filius dei es descē/
de de cruce. Silr ⁊ principes sacerdotū
illudētes ad alterutrū cū scribis ⁊ seniori/
bus dicebāt. Alios saluos fecit seip̄m nō
potest saluū facere. Si rex israel est / descē
dat nūc de cruce ⁊ credim⁹ ei. Confidit in
deo liberet eū si vult. dixit enī qꝛ filius dei
sum. Idipsum āt ⁊ latro/
nes q̄ crucifixi erāt cū eo
improperabāt ei ⁊ ꝯuicia
bant. R. ⁊. L. stabat ppls
expectās ⁊ deridebāt illuꝫ
principes cū eis dicētes.
Alios saluos fecit seip̄m
saluū faciat si hic est xp̄s
dei electus Illudebāt aūt
ei ⁊ milites accedētes ⁊ acetū offerētes illi
⁊ dicētes Si tu es rex iudeoꝝ saluū te fac
Vnus autē ex his qui pendebāt latroni/
bus blasphemabāt eum dicēs. Si tu es
xp̄s saluū fac teip̄m ⁊ nos. Rñdēs āt alter
increpabat eū dicēs. Neq̄ tu times deuꝫ
qꝛ in eadē dānatōne es. ⁊ nos quidē iuste
nā digna factꝫ recipim⁹ hic vero nihil ma/
li gessit. Et dicebat ad iesum. Dñe memē
to mei dū veneris in regnū tuū. Et dixit il
li Jesus. Amē dico tibi hodie mecū eris ī
paradiso. Erat aūt fere hora sexta. Stabat
J. autē iuxta crucē Jesu Maria mater ei⁹
⁊ soror matris ei⁹ maria cleophe ⁊ Maria
magdalene. Cū vidisset ergo Jesus ma/
trē ⁊ discipulū quē diligebat. dixit matri
sue Mulier ecce fili⁹ tu⁹ Deiñ dic discipu
lo. Ecce mr̄ tua. ⁊ ex illa hora accepit eam
discipul⁹ in sua. A. M. sexta. R. L. āt ho/
ra tenebre facte sunt sup vniuersaꝫ trā vsq̄
ad horā nonā ⁊ obscurat⁹ ē sol. Et M. cir
ca. R. horā nonā exclamauit ihs voce ma
gna dicēs. Heli heli lamazabathani Hoc
est de⁹ me⁹ de⁹ me⁹ vt q̄d dereliq̄sti me? qui
dā āt illic stātes ⁊ audiētes dicebāt Heliā
vocat iste. Et ꝯtinuo currēs vn⁹ ex eis ac/
ceptā spōgiā īpleuit aceto ⁊ īposuit arūdi
Auferibilis est spōsus militātis ecclesie xp̄s a quolibet suorū filiorū hic in via. licet nō ab oībus collectiue q̄ diu ꝑmanebit militans eccl̄ia ꝛ lege stante. sicut deinceps loqui ꝓponim⁹. ¶ Perspicua est pr̄ia ꝑs hui⁹ disiuncti. q̄ niā nullus est homo viuēs qui nō videat mortē/ ꝛ si hoc nō sufficiat qꝛ dicit apl̄us ꝙ siue viuim⁹ siue morimur ꝛc̄. aut ꝑinde nunq̄ sepamur a xp̄o. Constat tn̄ ꝙ fit separatio ꝑ mortē talem. q̄ desinit esse q̄s viator ꝛ de eccl̄ia militāte. Constat p̄terea ꝙ q̄ diu manebit hic aliquis in via. sicut p̄t ꝓficere/ ita deficere culpabil̄r ꝛ a xp̄o vera vite vt palmes aridus/ et cōbustioni soli aptus separi. nisi tamē fuerit ꝑ cōfirmatōnem quodāmō positus extra statū. prout est viator. ¶ Altera pars disiuncti seq̄tur ex pr̄ia consideratōe ꝛ eius deductiōe. qm̄ ꝛ oīm collectio nihil alid̄ est q̄ eccl̄iastici corpis indissolubilis cōpago. quēadmodū dici solet. totū nihil aliud est q̄ sue partes simul sumpte. sed hec cōpago manet in eternū lege stante.

Consideratio .IIII

Auferibilis nō est spōsus ecclesie xp̄s ab ipsa qui influat quotidie tam ꝑ modū meriti ꝛ impetratōis vt alij scti/ ꝛ plusq̄ ipsi/ q̄ etiā ꝑ modū dignatiue cōdespiratōis ꝛ viuificatiōis. per spm̄ sctm̄ suū/ fidē/ spem/ ꝛ caritatē/ cū ceteris dotib⁹ infundēdo gratuitis. virtutū donorū ꝛ beatitudinū ꝛ maxime sacramētoꝝ Itaq̄ sicut nō ꝑmanet corpus aliqd̄ veꝝ ꝛ viuens. nisi habuerit q̄litatiuas dispositōes reddētes ꝯplexionē armoniacā ꝛ decentē. per manutenentiā forme cū corpore organico. ſm exigētiā ipsi⁹. ac forme actiuitatis. ꝛ opationū suarū. cur aliunde venit mors? nō aliter sentiendū est de corpore mistico ecclesie. Ip̄e eni spūssctūs q̄ est spūs xp̄i. est etiā suo modo forma corporis ecclesie xp̄i. p̄bens ei vitā vnitatē. ꝛ motū ꝛ hec nō ꝑmaneret cessantib⁹ q̄litatiuis dispositionib⁹ prenoīatis diffusis ꝑ totū corp⁹ ecclesie ꝛ ꝑ mēbra varia. ꝓut vnicuiq̄ mēbro donatum est. ꝛ ꝓut op⁹ hꝫ ad edificatōnez corpis vniuersi. Tradit hoc

apl's clarissime scribens ad ephesios.iiij. Soliciti inquit seruare vnitatem spūs.in vinculo pacis.vnū corpus ⁊ vnus spūs. sicut vocati estis in vna spe vocatōnis vestre Unus dñs.vna fides.vnū baptisma vnus deus ⁊ pater oīm.seq̄tur. Unicuiq̄ autē nostrū data est grā ſm mensurā donatōis xp̄i.seq̄tur.⁊ ipse dedit quosdā q̄dem apl'os ⁊c̄ Quinetiā articuli quatuor principales apostolici simboli. fundāt illam cōsideratōem. Un⁹ est. Credo iā spiritūsanctū ⁊ viuificantē. Quid viuificātē nisi sanctā ecclesiā.sicut ꝓtinus additur ⁊ vnā sanctā eccl'iam catholicā. Deinde sequit̄.sanctoꝝ hoe est sacramētoꝝ cōmunionē.ac deinde remissionē peccatoꝝ intellige conseq̄tur ⁊ vitam eternam.

Consideratio .V.

Auferibilis nō est ab ecclesia militante spōsus suus xp̄s homo qui semꝑ influat in eandē ecclesiā spōsam suā ꝑ membra varia.grad⁹ hierarchicos/officiorū/⁊ amministratōnū/⁊ dignitatū/⁊ statutum/ab ipso constitutorū dū eccl'iam fundauit primit⁹ ⁊ edificauit Si enī ꝑmanebit ecclesia vsq̄ ad cōsummatōnem seculi.ꝑmanebit vt ꝑfecta dei enī perfecta sunt opera.nō solum in inchoatiōe. sed magis in cōseruatōe.⁊ cōsummatōne Sz nemo dubitauerit quin ablatio vni⁹ membri a corpe difformitatē grandem.et imꝑfectōem inducat. Manebit ergo semꝑ ecclesia cum suoru integritate ⁊ ꝑfectiōe membroꝝ. Scribit de his apl's.i. ad corintheos.xij. Diuisiones inquit gratiaꝝ sunt.idē autē spūs.⁊ diuisiones ministrationū sunt.idē autē dñs.⁊ diuisiōes operationū sunt.idē autē de⁹ qui opat̄ om̄ia in om̄ib⁹ Unicuiq̄ autē dat̄ manifestatō spūs ad vtilitatē.alijs quidē ꝑ spiritū dat̄ sermo sapiētie/alijs autē sermo sciētie ſm eundē spiritū.alteri fides in eodē spū/alij gratia sanitatū in vno spiritu.alij opatio virtutū/alij ꝓphetia/alij discretio spiritu/um/alij genera linguarū/ alij interp̄tatio sermonū. Hec autē om̄ia opat̄ vnus atq̄ idē spūs diuidēs singulis ꝓut vult Cōcludam⁹ ex his pauli verbis.q̄ assidu⁹ erit in ecclesia vsus ministrationū ⁊ grāꝝ gratis datarū/quas enumerat ⁊ hoc quātuz expediat ei⁹ decursui ⁊ edificatōi. sic erunt sapientes sic ꝓphete sic discretores spiritu um q̄bus ex officio hierarchico cōmisso eis a xp̄o ⁊ spūsancto/cōueniūt tales act⁹. ita vt ab humana q̄uis autoritate nequeant ī pediri/suspēdi vel ꝓhiberi: sicut nec status papalis.nec apostolicus.vel pastoralis. Fuerūt enī primit⁹ velut in quodaz semīario viuifico positi in eccl'ia ꝑ christū ⁊ postmodū erescēte ecclesia discretio talium magis innotuit.velut si stipes vinee se in folia ⁊ flores ⁊ ramos explicuerit.

Consideratio. VI.

Auferibilis nō est spōsus ecclesie xp̄s ab ecclesia taliter/ quin semꝑ habeat in se viuificū semē.quo p̄t per successiōes generatōis ⁊ generatōnis sese cōtinuare in corpe toto ⁊ in membris p̄sertim officialib⁹/similiter ⁊ in filijs Traducit̄ ad hoc illud xp̄i Johan.xxiij. Amē amē dico vobis nō p̄teribit generatō hec donec om̄ia fiant loquēs de generatōe iustorū/ que cōtrariat̄ illi de qua dictum est Amen amē dico vobis q̄ req̄ritur a generatōne hac om̄is sanguis ab Abel iusto. Itaq̄ si dñs in reꝝ mutabiliū creatōe singulis indidit se mētē ſm genus suū ad ꝓpagatōnis sue generatōem. Si tam in lege nature/q̄ in lege moisi status sacerdotalis durabat/vel in primogenitis/ vel ꝑ successionē hereditariā filioꝝ ꝓ patribus suis/oportuit multo ampli⁹ legem gratie ꝑfectissimam/habere in semetipsa fecūditatē pro sui cōtinuatōne legitima. Ad q̄d inducit apostolus ad rhomanos.ix.textū prophete euangelici Isaie.i. Nisi domin⁹ exercituū reliquisset nobis semē quasi zodoma fuissemus ⁊ quasi gomorra similes essem⁹. Hoc autē quid aliud debet intelligi q̄uis insita spiritualis ⁊ ars quedā viuifica.in vniuersum corp⁹ ecclesie.ꝑ quaz hierarchicus ordo suus.pōt vsq̄ in finez subsistere. Et ex his ꝓtinus infert̄ q̄ ecclesia vel cōciliū eam representās pōt instituere vel eligere vel designare summū pontificē in sacra sede petri. Potest insuꝑ modum determīare vel limitare eum taliter: vel taliter instituendi siue designandi/ita q̄ non spectat hoc ad solū pontificē summū.alioquin ipso vel mortuo vel nolente dare legem eligēdi successorē posset ecclesia permanere iugiter sine summo pontifice quod neq̄t fieri lege stante. Ex siquis dixerit. Modos qui nūc obseruātur pro

electõne summi pontificis determinatos esse ꝑ summos pontifices. Placet. Sed ecclesia consensu suo vero vel interp̃tatiuo approbauit/aut in defectu q̃lez predi ximus. fas haberet ĩmutare. ⁊ ita fas vt in contrariũ nullius posset. cuiuscũq; põtificis autoritas legem dare.

Consideratio. VII.

Auferibilis nõ est sponsus ecclesie xp̃s ab eccl̃ia spõsa sua ⁊ filijs ei⁹. sic ꝙ remaneat ecclesia in sola muliere. ĩmo nec in solis mulierib⁹ om̃ibus. immo nec in laicis solũ. lege stante ⁊ nõ facta diuinit⁹ noua institutõne. Da oppositũ. ecclesia deficere posset in suis gradibus ⁊ officijs hierarchicis. In suis etiaz sacramẽtis vsq; in finẽ. Patet hoc p̃supponẽdo ꝙ sacerdos a nõ sacerdote ⁊ episcop⁹ a nõ ep̃o neq̃t institui. ĩmo nec a tota multitudine laicorũ aut mulier̃ simł cõgregata. si ꝑ casum mortui essent om̃es sacerdotes Additũ est nõ facta diuinit⁹ institutõne noua. qꝛ spiritusctõ dictante et operãte noua prestari posset autoritas q̃lis nondũ collata est. quẽadmodũ prius q̃z deus instituissz sacerdotiũ nouũ supremũ/⁊ alios inferiores grad⁹ hierarhicos in ecclesia. non dubiũ quin hoc potuerit. Porro nulla cõitas vel vniuersitas hominũ mortaliũ simł cõgregata talem aliquẽ gradũ nullo modo instituere potuissz. cũ potestate qualis in quolibz repitur q̃ supra naturã existens ip̃am sibi p̃supponit ⁊ substernit quodãmodo sicut forma materiã. Nec opinor ꝙ aliq̃s doctorũ theologorũ senserit in hoc ꝯtrarie. quãuis verba quedã epistole cuiusdã tractat⁹ de concilio generali videri possunt aliqualr̃ hoc sonare. nisi benigno interp̃te foueantur. Deducit̃ proinde ꝙ nec hieronim⁹ nec aliquis aliorũ dicens ecclesiã vel apl̃os sibi cõstituisse Petrũ. vt sup̃mus eẽt ⁊ pr̃iceps inter eos ad scisma tollendũ. non intelligunt hoc nisi ꝙ ecclesia vel apl̃i declarauerũt ita eẽ constitutũ a christo ⁊ hoc tenẽdum fidelibus tradiderũt. ⁊ ita saluat̃ illa que videtur sup̃ hac re inter Hieronimũ ⁊ ceteros varietas.

Cõsideratio. VIII.

Auferibilis est aut mutabilis lege stante quelibet politia ciuilis monarchica seu regalis/vt fiat aristocratica/ et nõ sic de ecclesia que in vno monarcha sup̃mo ꝑ vniuersum/fundata est a christo Posset deduci cõsideratio tam a p̃ori/ q̃z a posteriori/deducendo variatões que fuerũt in alijs politijs/quia nullã aliam politiã instituit xp̃s ĩmutabiliter monarchicã. ⁊ quodãmodo regalem. nisi ecclesiam. Et oppositũ sentiẽtes de ecclesia ꝙ. s. fas est eẽ plures papas. aut ꝙ quilibz episcopus est in sua diocesi papa. vel pastor suprem⁹ equalis pape romano. errant in fide. ⁊ vnitate eccl̃ie. contra articulũ illũ ⁊ in vnam sanctã. ⁊c̃. et si ꝑtinaces maneãt iudicandi sunt heretici Sicut martinus de padua ⁊ q̃dam aliorũ. Consonat ratio quia sicut ad vnã fidem ⁊ ad eadem sacramenta obligant̃ om̃es viatores. Sic oportet vt nõ esset scisma. reductõnem finalem fieri ad vnũ supremũ. Secus vbi cõitas regitur legib⁹ solis naturalibus et traditõnib⁹ humanis/que ꝑ varietate tẽporũ ⁊ locorũ laudabili⁹ ⁊ vtilius variant̃ q̃z vt vno tenore ligent om̃es/ quẽadmodum tradit Aristoteles exemplificãs de regula lesbie. Quocirca dicam⁹ ex incidenti consequẽter ꝙ nec summ⁹ pontifex nec aliq̃s aliorũ debz conari vt canones positi/vel alie traditõnes hũane. obseruẽtur vbiq; ꝑ totã ecclesiã ⁊ ꝑ om̃es inuariabiliter natõnes. Oppositũ satagere dedit forte occasionẽ grecis discedẽdi a latinis dat preterea q̃tidie materiã multã. litium scrupulorũ grauiũ/dum equali tenore q̃ritur obseruari lex hũana siue sit illa canonica secularis vel ciuilis. quẽadmodũ custodiri diuinã absq; vlla variatõne necesse est. Inde venit illa christi questio Mathei. xv. Irritũ fecistis mandatũ dei propter traditõnes vestras.

Consideratio. IX.

Auferibilis est vicari⁹ sponsus ecclesie ꝑ voluntariã eius cessionẽ/ aut renũciatõez a papatu. Fuerat enĩ olim dubitatio post renũciatõem. Celestini nũquid talis renũciatio iure subsisteret. Tum ꝓpter votum quo se papa obligat ad ecclesiã. Tum ꝓpter desponsatõez ⁊ matrimoniũ quoddã spirituale int̃ papam ⁊ eccl̃iam Tum p̃terea quia papa diuino iure statutus est in hoc gradu. Et si que sunt alie rationes. Occasione cuius

dubitatõnis facta est decretalis determi-
nans affirmatiuã ꝙ hoc licet. Et ita licet
ꝙ ex hac humili renũciatõne cum ceteris
patribus Celestin⁹ annumeratus est ca-
talago beatorũ. ¶ Sunt autẽ casus ali-
qui etiã per iuristas expressi quando lici-
tum est p̃lato. immo quãdoq; debitũ. ce-
dere statui suo. vnus est grãde scandalũ
subditorũ. quod non expectat̃ alio modo
probabil'r terminandũ q̃ꝫ ꝑ cessionẽ. Ali-
us casus est dum occupatio seu retẽtio p̃-
lature patenter vergit in detrimentũ salu
tis proprie. Nam q̃d prodest homini si
vniuersum mũdũ lucret̃/ anime vero sue
detrimentũ patiat̃. aut quaꝫ dabit homo
pro ania sua cõmutatiõem. Alius casus
est vbi manifeste talis retentio impediret
maius bonũ vel in prelato vel in subditꝫ.
¶ Multiplices essent casus in ꝑticulari
ſm illud triplex gen⁹. Sed breuitati no
stre satis sint ista pro nũc. Per que dissol-
uitur prima ratio que fiebat de voto/ qd̃
nõ obligat dum vergit in detrimentũ sa-
lutis/ vel exitũ deteriorẽ. Alterã rationeꝫ
soluit dissimilitudo q̃ est inter matrimo-
niũ carnale ⁊ spũale. licet cõueniãt in mul
tis Dissimilitudo est quantũ ad hoc ꝙ in
spirituali nõ est sacramentũ/ ex quo cõsur
gat indissolubilis nexus ex institutõe di-
uina. Quemadmodũ de carnali est exp̃s-
sa lex. quod de⁹ cõiunxit homo nõ seꝑet/
⁊ sacramentũ hoc magnũ est. Dico autẽꝫ
in christo. ⁊ ecclesia inq̃t apostolus. Ac ꝑ
inde soluit̃ ratio tertia/ qꝛ solus christ⁹ est
proprie sponsus ecclesie. Alij sunt tantũ-
modo vicarij quos ꝑ humanã designatõ-
nem vel electõem voluit institui. q̃uis of
ficiũ sit diuinũ. ⁊ sola autoritate diuina p̃
mitus ordinatum.

Cõsideratio .X.

Auferibilis est in casib⁹ dabilibus
vicarius spõsus ecclesie. ab ip̃a ec
clesia/ ⁊ hoc ꝑ eam/ vel ꝑ conciliũ
generale rep̃sentãs eam/ vel per aliquos
ad hoc ꝑ eam institutos/ siue cõsentiat ip
se vicarius. vel nõ cõsentiat sue cessioni
Sumit̃ in primis argumentũ ꝑ hac con
sideratõne ex veritate precedẽtis. Nam si
vicarius sponsus potest resignare sponte
ipsi ecclesie dando ei libellũ repudij. cum
spõsus et sponsa nõ debeant quo ad hoc
impari iure censeri/ poterit similiter repu
diare spõsum talem ipsa eccl'ia sponsa. dũ
par ratio vel potior adducit̃ pro ipsa cõ-
tra sponsum/ vel quia ꝓstituere querit eã
q̃tum in se est/ vel tyrannide seua tracta-
re/ laniando eam/ vel placitãdo bona sua
dissipando. vel qꝛ abuti conat̃ ea in perni
ciem filiorũ. Nullũ quippe statũ nullum
gradũ dignitatis/ nullũ ministratiõis ge
nus dedit de⁹ nisi in edificatõem suã ⁊ vti
litatẽ cõmunẽ/ patꝫ ad ephesios. iiij. ⁊ ad
corinthios. vi. Dedit vtiq; ad pacẽ eius
cui⁹ fines posuit pacẽ ſm psalmistam. Et
hanc opatur dilectio/ propter qd̃ finis le
gis ab apl'o ponit̃ dilectõ in qua etiã fun
dauit xp̃s officium pastoralis. Si diligꝫ
me/ inquit xp̃us petro/ pasce oues meas/
Johãnis. vltimo. Sed quis nõ videat
casus multos esse possibiles. quorũ aliq̃
nũc tacti sunt in quib⁹ eccl'ia nõ edificare
tur sed destrueret̃/ nõ vniret̃ sed dissiparet̃
nõ pasceret̃ sed depasceret̃. si non cederet
volũtarius vel eijceret̃ inuitus hic qui in
vicariũ sponsum eccl'ie rite ⁊ canonice fue
rat ordinatus. Nec sit cuiq̃ illd̃ ammira-
tioni qd̃ dicimus q̃si contrariãtes illi ius
sioni Nolite tangere xp̃os meos/ quomõ
etiam vni singulari persone fas essꝫ in ca
su violentie attentate ꝑ papã verũ. contra
castitatẽ suam vel vitã vim vi repellere. cũ
appositiõe inculpate tutele. ⁊ ita licite sta
bit ꝙ tangat papã violenter. vel in mare
deijciat Cur similiter in casu nõ liceat idẽ
toti ecclesie pro defensione sua. ⁊ violẽtie
attentate cauta repressione?

Consideratio .XI.

Auferibilis est in casu vicarius ec-
clesie ꝑ conciliũ generale eo non
cõsentiẽte/ vel inuito celebratuꝫ.
Fateamur prius ꝙ regulariter concili
um generale nõ est celebrandũ de iure eti
am diuino non vocãte vel approbãte pa-
pa/ si est vnicus/ nec aduersus eũ allegatõ
legitima. Sed regule generales bene su-
scipiũt exceptiões. sicut in grãmaticalib⁹
ita ⁊ in moralib⁹/ presettim vbi casus ꝑti-
culares incidũt modis variabiles infini-
tis/ ad quas exceptões ordinata est lex su
perior interpres aliarũ quam Aristoteles
vocat epikeiã. v. ethicorum. Et alia diui-
nior quam gnomi appellat in. vi. ethico-
rum. Hec autẽ lex semꝑ habet locũ in in-
terpretatõne legum aliarum ꝑticularium

vbi deficere cernit̄ ratio ⁊ finis institutio
nis ipsaꝝ. Finis autē legum oīm nedum
humanarū sed diuinarū. est dilectō. q̄ vni
tatem opatur. Sit ergo casus vbi leg⁹ ali
cui⁹ obseruatio dissiparet vnitatē. ⁊ obes
set publice saluti. Quis ratōne vtens di
ceret eam tenere oportere. Nimirū nec si
bi ipsi quisq̄ vellet hoc fieri. quanto min⁹
tota cōmunitas ratōnabiliter hoc fugiet
¶ Qd̄ si q̄s interrogaret q̄ autoritate ful
cietur vel vtetur huiusmodi conciliū ace
phalum vt videtur sine papa. Respondē
dum ꝙ autoritate xp̄i capitis sui ⁊ indefe
ctibilis sponsi/autoritate p̄terea legū sua
rū tam diuine q̄ naturalis. q̄ hanc licen
tiā/vel necessitati/ vel manifeste caritati:
vel religiose pietati concedūt. Pro quo fa
cit textus Mar. ij. De excusatōne discipu
lorū vellentiū spicas in sabbato/per legē
necessitatis/confirmatā exemplo Dauid
qui comedit panes propositōnis.

Consideratio. XII.

Auferibilis est in casu vicari⁹ spō
sus ecclesie/ꝑ ecclesiā vel conciliū
generale nedū cōciliatiue. aut di
ctatiue/vel denūciatiue. sed autoritatiue
iudicialiter: atq̄ iuridice ¶ Presuppona
mus ꝙ iurisdictō idē est ꝙ iuris ditio seu
potestas vel iurisdictio ⁊ facultas propin
qua dicēdi ius. Et solet restringi ad coa
ctiuā iurisdictōem. que fert̄ vel dicit̄ in al
terū etiam inuitū. Sequit̄ protin⁹ ex hac
descriptōne. consideratōnis veritas. quō
ecclesia seu conciliū habet in casu faculta
tem ꝓpinquā vel autoritatē seu potestatez
dicendi ius. etiā in alterū qui in papā fu
it rite susceptus ⁊ electus. Nolum⁹ tamen
impugnare quin summ⁹ pontifex habeat
potestatē regitiuā ⁊ autoritatiuā. respctū
omniū hominū. quantū christ⁹ voluit et
cognouit expediēs sibi dare pro exercen
do eam. nō pro se tantūmodo. sed magis
ad vtilitatē ecclesie. qualē autoritatē eccle
sie nō habet totū ecclesie residuū. nisi vni
tiue quodāmodo vel electiue Et ex ista di
uisione verū est ꝙ claues date sunt neduz
vni sed vnitati. Ex hoc tamē nō habetur
ꝙ ecclesia tota vel conciliū. absente papa
presertim suo demerito nō possit autorita
tiuā iurisdictiōem exercere. sicut lex q̄daz
diuina ⁊ indeuiabilis ad reducendū ip̄m
vel corrigendū vel compescendū. ne noce
at ipse nedum eccl'ie sed sibimet tan[illegible]
neticus. vel vt pessima malarū passio[illegible]
ebrietate seductus. sic enī tradit arestoti
les. v. politice. ꝙ ad cōitatem totā spectat
principis vel correctio/vel totalis destitu
tio. si inemendabilis ꝑseueret. ⁊ hec ptās
inauferibilis vel inabdicabilis est a cōita
te libera. que de reb⁹ suis facere pōt ad libi
tum. nec ꝑ appropriatiōem vel aliquā le
gem pōt suspēdi. quāto magis hoc habe
bit eccl'ia ¶ Iudaisabat olim petr⁹ ꝑ dissi
mulatōnē paulus ei restitit in faciē ad ga
lath. ij. Introducebat Petrus rem nouā
in ecclesia dei/ad cēturionē gentilē intra
uit actuū. xi. subortū est murmur in eccle
sia ita vt cōpulsus sit petrus doctrinā in
sequi quā tradidit scriptis. vt scilz ꝑatus
esset corā tota eccl'ia rationē reddere de ea
que in ipso erat fide ⁊ spe. alioq̄n nō sibi
credidisset eccl'ia. Quanto forti⁹ ⁊ rōnabi
lius. possunt duo cōtendentes. diffamati
apud bonos ⁊ graues de scismate de ꝑiu
rio. de heresis suspitōe cōpelli ratōnē red
dere si se cognouerint innocētes. Sic si
machus. sic btūs marcell⁹. sic ipse grego
rius. sic alij plures iudiciū subiere cōcilij.
nequaq̄ ex humili condescēsiōe sicut fin
gunt aliq̄. sed ex debito ⁊ obligatōne. q̄rū
multos qꝛ cōciliū nō repit ꝯuictos de cri
mine reliq̄t causam eorū examini iudicis
dei terminandā.

Cōsideratio. XIII.

Auferibilis nō est vicari⁹ sponsus
eccl'ie ꝑ eccl'iam aut conciliū gene
rale. quo ad ea q̄ sunt ordinis sa
cri cuiuscūq̄. quin semꝑ remaneat vel sa
cerdos vel ep̄s. si in talē suerit aliq̄n conse
cratus. Sil'r etiā de papatu. si diceret or
dinē a sacerdotō vel episcopatu distinctū
¶ Dudū tempe beati Cipriani martiris
in africa dū sctūs Cornelius papatū Ro
me gerebat. fuit error mlt̄oꝝ. etiā magno
rū. ꝙ scismatici ⁊ heretici excōicati ⁊ simo
niaci deijciebant̄ ab om̄i gradu ⁊ dignita
te ⁊ ordīe. ita ꝙ nō remanebāt sacerdotes
nec ep̄i retinebāt episcopalē gradū. nec di
aconi diaconatū ⁊ ita de sil'ibus. Immo
vsq̄ ad hoc deuētū est vt diceret̄ ab eis ꝙ
tales nullo modo valebāt baptisare. sz ba
ptisabant̄ hi quos baptisauerāt. Simil'r
nec consecrabāt nec ordinabāt quin totū
postea dicerēt iterandū. Introducebātur

pro seipsꝰ multos passus scꝑturaꝝ vt illō Maledicā benedictōibus vestris. ⁊c. Affirmabāt deniq; ꝙ tales spiritū sanctū dare nō poterāt quē vtiq; nō habebāt. Nota ta sunt hec in decretis causa prima ⁊ in q̄rto sententiarū distinctōe. xxv. ⁊ distinctōne. xiij. vbi magister nō tenet. licet loquat magis recitatiue q̄ determiatiue. ¶ Illustrissimus vero doctor augustinꝰ. post Ciprianū materiā hanc declarauit cōformiter ad cōcilia generalia. ante eum ⁊ post celebrata. ⁊ hūc insecuti sunt doctores theologi/ dicētes ꝙ ea q̄ sunt ordinis. stabilia sunt/ ⁊ indelebilia. propterea dicūt hi imprimi caracterē quē appellant indelebilē ⁊ nō iterabilem. ¶ Attamē pro cōcordantia diuersarū sententiaꝝ in hac ꝑte. proficit duplex distinctio. Eꝑs itaq; hereticus ⁊ degradatus ab eccl'ia aut intendit dare/ ⁊ facere cōformiter ad intentionē ecclesie. vel baptisat vel cōsecrat vel ordinat vel cōfirmat materiā insuꝑ ⁊ formā debitas obseruat. Aut deficit in aliquo istorū. Intētione scꝫ corrupta ⁊ erronea vel in materia vel in forma. Scdm hanc distinctōnem procedūt mlte autoritates sanctorū. quorum aliq̄/ dicētes ꝙ sacerdotes heretici nihil agāt. intelligūt de his qui secūdo modo deficiūt. quales erāt plurimi hereticorum vt arriani ⁊ errātes in ipsa substātia sacramentorū. Alij dicentes oppositū sicut augustinꝰ ⁊ ecclesia de prioribꝫ intelligunt. ¶ Rursus alia est distinctio de efficacia sacramentoꝝ collatorū ab indignis sacerdotibꝫ. ⁊ ab hereticis. Nā ꝙ talia sunt efficacia potest intelligi/ vel quo ad vtilitatem vel quo ad veritatē. Si prīo mō illa dicunt esse nulla. qꝛ neq; prosunt facientibus. neq; scienter recipiētibꝫ/ sed obsunt potiꝰ. Si secūdo modo. sic cōsecratōnes hereticoꝝ sacerdotiū. efficaciā habere ⁊ veritatē. fatendū est ¶ Tandē ex hac cōsideratōne cū suis probatōnibus que latiori deductōne ponūtur ab autoribus. seq̄tur ꝙ durante pñti scismate nō oportet dubitare q̄n vtrobiq; fuerint cōsecrati ⁊ sint veri epi/ ⁊ sacerdotes per mutuā successionē vsq; in pñs. ¶ Nec est difficultas in collatōne sacramentoꝝ nisi de sacramēto penitentie in quo iurisdictio quedā req̄ritur/ quā non habēt heretici ⁊ scismatici vel excōmunicati sacerdotes. Sed hec difficultas redundat similiter in illos q̄ ante scisma fuerūt ordinati. ⁊ ꝑm estimatōem illorum/ qui iudicarēt hanc vel illā partē esse scismaticā. ⁊ ex cōsequēti nō habere sacerdotes nisi excōmunicatos/ et suspensos. Et ita vanū est ⁊ forte scandalosum gloriari ꝙ presbiteralis vel episcopalis ordinatio suscepta fuerit añ scisma pñs. potiusq̄ hoc tempore Si per hoc velint hmōi gloriantes vocare se veriꝰ esse sacerdotes ⁊ episcopos q̄ posteriores. Si velint preterea dicere sicut aliqui dixerūt ⁊ scripserūt tempibus istis ꝙ vera sacramenta ⁊ veri sacerdotes ⁊ veri epi ⁊ verū corpus christi et verus baptismus cū similibꝰ non sint in hac parte obedientie vel in illa.

Cōsideratio. XIIII

Auferibilis est vicarius spōsus ecclesie. ꝑ ipsam ecclesiā. aut generale conciliū quo ad executōem licitam eorū omniū que potestatē ordinis respiciūt. id est ꝙ non licite talia aget. Data quippe est papalis potestas ipsi ecclesie. ⁊ sua est. sicut est ipsiꝰ pape. q̄uis alio ⁊ alio modo. Sua est inquā ⁊ pape. ad edificationem ecclesie. nō ad destructōnem. Potest ergo vsus talis potestatis tolli. vel suspendi ꝑ ecclesiā ab eo qui vellet vti manifeste in perditiōem eccl'ie. aut membrorū suorum tali dignitate. vnde ⁊ si potestas ordinis sit immediate a deo. sit etiā indelebilis. tamē vsus ipius multū dependet ab ecclesia ⁊ a rectoribꝰ suis qui vices eius exequūtur. ¶ Et hic fundabilis est possibilitas subtractōis vel suspēsionis obedientie ab aliquo in papā rite electo. Naꝫ ꝙ obedientia tali prestet est preceptum affirmatiuū. quod nō obligat pro semper. nec in ꝑniciem ecclesie. Si viderit ergo ecclesia ꝙ prestare nūc obedientiā pape in amministratōne ordinum. sacramentorū ⁊ similiū fieret ecclesie perniciosuꝫ/ ⁊ pape in instrumētum malicie. cur nō suspendere potest huiusmōi obedientiā. quousq; nullum in obediēdo cadat periculum? Hec autem subtractio obedientie magis adhuc fundabilis/ est in his que sunt temporalis amministratōnis. ¶ Sed vtrum hec obediētie subtractio vel suspēsio vale/ at ꝑ aliū q̄ per eccl'iam vel generale ꝯciliū Forte videretur respondendū negatiue. ꝑsertim si fiat sermo de subtratiōe generali

ꝛ autoritatiua. ꝛ que ligat om̄es de eccle-
sia in hoc stare. ¶ Secus est de subtractō
ne ꝑticulari/ quo ad hos vel illos/ que nō
ferꝛ autoritatiue. sed vel doctrinaliter ꝛ in-
sinuatiue/ vel necessitatis quadā inductō
ne. ¶ Iubebit (Exempli gratia) summus
pontifex corā theologis expertis ꝙ fide-
les credāt spiritūsctm̄ nō procedere a pa-
tre ꝛ filio/ dicimus ꝙ theologorū erit do-
ctrinaliter resistere. ꝛ dicere ꝙ sibi nō obe-
diatur. ¶ Iubebit alter summ⁹ pōtifex ꝙ
vastetur regnū francie igne ꝛ gladio. dici-
mus ꝙ regis erit resistere ꝛ iubere ꝙ ei nō
obediaꝛ sed resistatur. hoc enī fas est age-
re cuicūqꝫ in quē vim illicitā vellet inferre
etiam ver⁹ papa. ¶ Non est pax iubebit
ipse idē ꝙ vnio ad pacem eccl'ie. nō quera
tur vijs cōuenientib⁹. ꝛ cōgruis. aut etiaꝫ
ꝑ eum iuratis aut ꝙ ecclesia nequaq̄ con
gregeꝛ ne forte ip̄m eijciat. Dicim⁹ ꝙ om
niū catholicorū erit resistere et nō obedi-
re. ¶ Ex si sit aliquis q̄ totā presidentiā su
am. ꝛ papalē dignitatē/ cōuertere velit in
instrumentū nequicie. ꝛ destructōnis ali
cui⁹ partis ecclesie in tempalibus vel spūa
libus. nec pateat sufficiēs remediū aliud
nisi subducendo se ab obediētia talis po
testatis seuiētis. ꝛ seipsa abutentis. ꝛ hoc
ad temp⁹. vel quousqꝫ eccl'ia vel conciliū
ꝓuiderit. hoc fas erit. dum tamē illud age
re pia quedā impellat necessitas. nō libi-
do. seu cupiditas assumēdi improbe vela
men malicie libertatē. ¶ Fatemur enī duo
illa nullo modo debere fieri. nisi manife-
stis causis vrgētibus. ne in toto corpe ec-
clesie deterior ꝛ generalior scissura fiat: et
inducaꝛ. dum ꝑticularia membra consue
scūt non obedire. Sicut notat aristoteles
in politicis pessimū esse consuescere non
obedire principi siue regi. Quātomagis
erronea ꝛ dānanda est assertio. ꝙ licꝫ vni-
cuiqꝫ subditorū. mox vt aliq̄s est tirann⁹.
ip̄m vijs om̄ibus fraudulētis ꝛ dolosis si
ne quauis autoritate vel declaratōe iudi-
ciaria. morti tradere. p̄sertim si addat hec
assertio ꝙ tirānus ille om̄is est qui nō p̄-
est ad vtilitatē subditorū sed de hac re ali
bi. de qua viderint assertores.

Consideratio XV.

Auferibilis est vicarius spōsus ec
clesie ꝑ ecclesiā. aut generale cōci-
lium ꝑpetuo vel ad temp⁹. quoad
ea om̄ia que sunt iurisdictōnis. Satis in
directe: deductio consideratōis istius pa
tet ex p̄cedenti. Nam possunt ab aliquo ri
te in papaꝫ electo tolli tam de iure q̄ꝫ de fa
cto subditi in quos debet iurisdictōnem
exercere ꝛ ita ꝑ indirectū iurisdictō nō sub
sistet. ¶ Utrū vero directe ꝛ absolute pos
sit omnis potestas iurisdictionis a papa
rite electo remoueri. possꝫ esse duplex ima
ginatio. quo ad aliq̄s iurisdictōnes qua
lis est iurisdictio respiciēs sacramentaleꝫ
absolutōem. que alterius est rōnis q̄ꝫ alie
respicientes forū exterius. Hanc enī iuris
dictōem habet cōfessor pape sup̄ ipsum.
cui tamen non posset cōmunicari iurisdi
ctio in foro exteriori supra papā. vt ꝙ euꝫ
posset excōmunicare. Hanc insup̄ iurisdi
ctionē habet in casu necessitatis om̄is sa
cerdos apud peccatorē sibi volentē confi
teri. ¶ Dicerēt ergo aliqui de hac spiritua
li iurisdictōne sicut de potestate ordinis.
ꝙ licet inauferibilis sit in se ꝛ in sua essen
tia. tamē est su⁹ vsus impedibilis modis
tactis. Sicut etiā impediūtur scismatici
ꝛ heretici p̄scisi ab eccl'ia ne quisq̄ꝫ eis nisi
in casu necessitatis debeat confiteri.
Dicerent alij ꝙ talis iurisdictio non solū
impeditur in suo vsu sed etiaꝫ tollitur mi
nisterio eccl'ie. ꝛ prelati sup̄ioris dū degra
daꝛ hereticus aliq̄s prelat⁹. vel sacerdos ꝛ
hoc quia condescendit de⁹ tollere ab illo
sacerdote potestatē diuinitus sibi collatā
per ministeriū talis. tanq̄ꝫ per causam si
ne qua nō sicut imaginanꝛ doctores mul
ti de potentia collata sacramētis respectu
gratie quā figurāt. non enī attīgit illa vir
tus actiua sacramentorū substantiaꝫ gra
tie. sed tamen sunt causa sine qua nō talis
gratia nequaq̄ꝫ crearetur. Sicut preterea
dicimus de infusiōe anime in embrionē
dispositum. Et magis ad propositum de
recessu anime a corpore per inductōnem
discōuenientē qualitatū. presertim si ima
ginemur ꝙ anima sicut creabatur prius.
ita nunc annihilareꝛ consequēter ad has
dispositiones vel ad alias. Vel exempli-
ficemus de annihilatione gratie per pec
catum mortale. ¶ Aduertamus tamen
in hac materia ꝙ oportet nos concedere
consequenter ad premissa et ad factum ce
lestini q̄ui cessit papatui. ꝙ papatus non
dicat ordinem super sacerdotium. vel epi
scopatū. Ex insuper ñ dicat iurisdictiōeꝫ

inabdicabilem humana voluntate supra episcopatū Alioquin tūc temporis remā sissent duo habētes papalē dignitatē. aut talem que fuisset supior ad episcopalē vel archiepiscopalē. Oportet vt videt consequēter dicere q mortuo vel cedente bonifacio qui in locū celestini successit. ipse celestin⁹ potuerat assumi in papatū sine noua alicui⁹ ordinis/vel potestatis iurisdictionis essentialis z inabdicabilis collatiōe. quēadmodū dicim⁹ de episcopali dignitate/in his qui fuerūt degradati vl deiecti. qui iterū possunt restitui nulla consecratōne noua facta ¶ Hec autē considerationes pficiunt studiosis/ad cognoscendū magis z magis quid dicat vel importet/z q̄d non papalis dignitas. z qualiter pōt exercere iudiciū ecclesia circa papā. Notet Bonaventura in distinctiōe. xxv. q̄rti vbi q̄rit si episcopatus sit ordo supra sacerdotium z ponit q nec episcopat⁹ nec papatus dicit nisi plenitudinē aliquā. vel dignitatez in ordine. z ordinē nouū nullū addit.

Consideratio. xvi

¶ Alferibilis est vicari⁹ sponsus ecclesie/p ecclesiā aut generale cōcilium vt dictū est/z dum hoc euenit probabile est q magis fiat destitutiue z iuridice. q̄s solū declaratiue seu dicratiue seu cōsiliatiue. ¶ Fuerūt due opiniones vt alias tangebat de destitutōne pape Una ponit q papa dū labit in heresim. iā damnatus est. z eo facto p deum depositus. et perdidit iure diuino papalē dignitatē siue hec heresis sit secreta vt ampliāt aliqui. siue sit manifesta. vt placet alijs loq restrictius ¶ Credūt alij q nullus rite in papā electus redditur p aliqd crimen. eo facto depositus/licet bene sit deponēdus/z manet talis rite elect⁹ semp papa. vsq ad sententiā depositōis latam cōtra eum. per ecclesiā vl generale concilium. aut nisi cesserit sponte sua. quēadmodū in alijs episcopatibz dignitatibz minoribz dicunt esse certum. Ita q resolutio finalis hui⁹ opinionis. quā nunc dicim⁹ probabilem/stat in hoc q sicut null⁹ efficit papa. lege stante z nisi fieret noua reuelatō vel miraculosa institutio. nullus inquā talis rite efficit papa. nisi p legitimā electōez dominoz Cardinaliū. aut alioz quib⁹ hec potestas collata fuerit p ecclīam. aut per generale concilium. sic nullus talis rite electus desinit esse papa. nisi per destitutōnem legitimā factam ab eccl'ia. vel cōcilio. vel alijs quibus voluerit cōferre ecclesia vel cōcilium huiusmōi potestatē. qualis nondū collata esse repitur. ¶ Probabilitas hui⁹ opinionis fundata est. alias in alio opusc'o. Et nūc breuiter repetamus dicentes aliqua. ¶ Primo q status hierarchicus in ecclesia debet esse certus z constās. Da oppositū. Jam eccl'ia non fuisset sufficiēter instituta. quia subditi remanerēt semp expositi discrimini peccati mortalis. inobediendo vel nō obediendo suis superioribz. cum non possz eis cōstare sufficienter. q̄ndo superiores ius pdidissent in presidendo. vel ipsum retinerēt. ¶ Ac proinde dicimus consequēter q titulus Eccl'iastice dignitatis vel autoritatis. nō est fundat⁹ in sola sanctitate. quēadmodū dixerūt beretici qui nominabātur pauperes de lugduno. z alij similes. sicut deducit Bonaventura in distinctōne. xxv. quarti. Alioquin nihil essz certū in actibus hierarchicis Sicut nemo scit an odio vel amore dignus sit. ¶ Ex eadem radice pateat q per prescientiā vel reprobatōem eternā. nō datur vel aufert̄ prescise titulus ecclesiastice dignitatis. Nam Judas pscitus fuit apostolus/z multi predestinati carēt tali dignitate. Sequitur amplius q titulus ecclesiastice dignitatis nō est fundatus in donis gratuitis latētibus in anima. quia de illis cōstare non potest subditis. nisi forte per reuelatōnem. et presertim si sint dona que statim habita stati perdi possunt. qō dicit propter caracteres indelibiles. post q̄s semel habiti sunt. et de quibz presuppositā fide. potest haberi sufficiens certitudo. dum aliquis rite suscipit sacramenta imprimētia tales caracteres. ¶ Addam⁹ rursus q sicut iniustus homo sine charitate et in peccato mortali potest iuste dominari temporaliter. et esse rex vel princeps iusto titulo. Sic etiam potest esse episcopus/vel sacerdos. Et hoc sequit ex prioribus contra imaginatōnem aliquorū nostris tempibus in anglia. z alibi. q̄ posuerunt oīe dominiū z omnē dignitatē fundari in iustitia charitatis z q sine ea nihil potest esse iustum nec iuste fieri nec possideri. quod vtiq repugnat assertionibus

sacre scripture in locis plurimis/in quib⁹ idolatrie ꝛ pessimi homies ꝛ reprobi ap/ pellant reges. vt Saul Cyr⁹ ꝛ achaz Vñ ꝛ xps docuit ꝙ phariseis ꝛ reprobis dare tur obedientia in doctrina eorũ. dum ait. Supra cathedram moysi sederũt scribe ꝛ pharisei/ que dicũt facite ꝛc. Dicam⁹ cõ sequẽter ꝙ dignitates eccl'iastice nõ fun/ dant in fide iteriori/ neꝯ in spe sancta. ne ꝯ in caritate. patet ex eisdem fundamẽtis Ac proinde seq̃tur vlterius ꝙ deficiẽte fide in aliq̃ prelato. nõ est cõseq̃ns vt mox pdiderit pastoralem dignitatẽ quia nec fi des est necessariũ eius fundamẽtũ Pa/ tet amplius ꝙ canones sacre scripture. ac summoꝝ pontificũ dicẽtes hereticos esse vitãdos tanꝯ ethnicos ꝛ anathematisa/ tos. vꝛꝙ dicũt dum cõstat eos tales esse. ꝛ maxime p sententiã iudiciariã. aut ꝓpriaꝫ cõfessionẽ. aut facti euidẽtiã Nihilomin⁹ ꝙ tales sint eo facto depositi a dignitatib⁹ ꝛ ꝙ eas pdiderit sine destitutõe nõ habeꝯ et eisdẽ canonib⁹. Aut si aliq̃ canones vi/ deanꝯ hoc sonare de notoriis ꝛ manifestis hereticis/ q̃ sunt eo facto depositi intelli/ gi posset ꝙ ꝓtra tales nõ requirꝯ ꝓcessus iuridicus. ordinat⁹ ad degradandũ eos p sententiã diffinitiuã. sicut in occultꝫ ꝛ nõ ꝓfessatis oporteret. Dicam⁹ ergo ꝓdu dentes ꝓbabil'r. ꝙ sicut hũana electio dat ius ꝛ titulũ ad papalẽ dignitatẽ si homo sit capax hui⁹ electõis. atꝯ dignitatis. ꝛ si sit viator baptisatus/ sit p humanã desti/ tutõem pdit illam ꝓsidentiã ꝛ nõ aliter. eo inuito. siue sit hereticus siue sit scisma/ ticus Et dũ opponiꝯ ꝙ hereticus non potest esse membꝝ ecclesie/ q̃ntomin⁹ põt esse caput ei⁹. vel vicarius su⁹. aut spõsus multa in hanc sententiã Respondeꝯ ꝙ hec ratio vel similis si bene perpẽdaꝯ/ om nino fuit illa q̃ fundauit oẽs errores de q̃ bus pretactũ est. ꝙ solus iustus iuste dña tur. vel est sacerdos vel ꝓsecrat. ꝛ ita de si/ milib⁹. Notemus ergo sine pcessu lon/ giori/ ꝙ multe sunt cõnexiones mẽbrorũ in corpe mistico ecclesie sicut diuerse sunt in eodẽ corpore vnitates Una est enim vnitas caritatis. Et ita soli habẽtes cari/ tatem dicũtur vere mẽbra eccl'ie. Alĩ quã tumcũq̃ fideles. sunt vel vt presciſa velut arida. et emortua membra imo sunt pdi/ tores domini sui. nec de familia eius. hoc modo dici possunt. nec sunt digni pane/ quo vescunt. Alia est vnitas in donis nature. sicut oẽs homines/ cõnectũtur in intellectu ꝛ in ratõne Alia est vnitas in simili pticipatõne sacramẽtorũ. ꝛ pser/ tim in vnitate baptismaꝫ in quo caracter impmitur in qua vnitate cõnectũtur om/ nes qui baptisma rite susceperũt. etiã vbi fidem actualẽ. vel habitualẽ. perdidissent Et hec vnio videt absolute sufficere ad ħ/ ꝙ aliquis rite in papã electus/ maneat ca put ecclesie quousq̃ fuerit p sententiã dif/ finitiuã depositus Nolo tamẽ propter/ rea dicere ꝙ semꝑ sit obediendũ tali here/ tico/ vel nõ sibi resistendũ aut ꝙ sit appel latõe papalis dignitatis honorãd⁹. Quo niã in casu sicut iam tactũ est posset papa verus manẽs papa licite etiã ligari. vel in carcerari. vel in mare demergi quãto ma/ gis posset obediẽtia sibi. vel reuerẽtialis nominatio denegari ?

Cõsideratio. XVII

Auferibilis nõ est vicari⁹ sponsus ecclesie. rite prius elect⁹. quin pos/ set creare veros sacerdotes/ et epi/ scopos. ꝛ alia facere que ordinẽ suũ respi/ ciunt in tali plenitudine receptũ. absq̃ ħ ꝙ iterari debeant ea que fecisset/ qꝛ valida sunt iure diuino. cuius peccabit ipse cuꝫ pticipibus suis si hoc attẽptauerit Cõ similr ea q̃ iurisdictõeꝫ purã respiciũt. illa possunt dici valida que egerit talis q̃diu tolerat⁹ ab ecclesia. ꝛ hoc iure seu approba tõe totius eccl'ie. vel pcedentiũ pontificũ. ꝛ cõciliorũ generaliũ institutõe. pser/tiz ni si aliũde/ ex culpa subditorũ talia redduꝫ fuerũt inualida. qꝛ pticipant in crimine. Rñdet hec consideratio multis dubita tõnibus que potuerũt oriri/ durante hoc pestifero scismate. tam in collatõibus or/ dinum. q̃ in dependẽtibus ꝛ collatõibus beneficiorũ ꝛ similib⁹. vbi facilius se expe dit opinio quã probabl'i modo posuim⁹ in pcedẽti cõsideratõe circa obiecta Mul tum pdest insup eadẽ consideratio ad ce/ leriorẽ ꝛ expeditiorẽ terminatõem scisma tis. p viam cessionis. omissa qualibet dis cussione facienda.

Considera. XVIII.

Auferibilis est vicarius spõsus ec clesie tanꝯ hereticꝰ aut scismaticꝰ etiã vbi i casu. ipe nõ est veraciter

ꝛ mentaliter talis. ¶ Assignem⁹ summati casus aliquos circa personas alias. qui similr possunt in papā cadere. Duos inuenim⁹ in iuribꝫ expressos ¶ Un⁹ est dū aliquis sustinet excōmunicatiōem vltra annū. ꝛ citatur sup materia fidei. nec respondet. ¶ Alius dū citat⁹ corā iudice renuit prestare iuramentū. Talis a liq̄s poterit manere semp verus fidelis attñ ipse tanq̄ hereticus iurꝫ p̄sumptiōe dānabit̄ ¶ Tertius assignatur casus/si timore mortis vel alia passione mot⁹ q̄s vocalr negat ea que sunt fidei. nec possit aut velit sufficiēter se purgare. ¶ Quartus casus vbi p act⁹ hereticales. aut idolatricos. habebit̄ p̄sumptio vehemēs cōtra aliquē. ꝛ talis nec poterit aut velit sufficiēter se purgare. Dicūtur autē actus hereticales vel idolatrici. q̄ sunt cōtrarij vel oppositi actibꝫ. quibꝫ solet fieri p̄fessio fidei. ꝛ religionis xp̄iane: ꝛ cultus diuini: sicut est genuflexio corā sacramento altaris: ꝛ ingressus tēpli. ꝛ similia Et in hoc multū valet vsus hoīm. sic talia signa. vel talia accipientiū Unde si q̄s exhibet talia in honorem machometi. vel idolorū. aut si oppositis factis detestaret̄ sacramentū altaris. ꝛ templū dei. ꝛ sacras imagines: ꝛ similia faceret. haberi deberꝫ de heresi ꝛ idolatria suspectus. ꝛ hoc vl̄ vehemēter vel grauiter: vel leuiter ꝑm q̄ plures cause suspitōem aggrauātes ꝛ pauciores releuantes cōcurrerēt. Et hic esset longus sermo de modo accusatōnis taliū coram inq̄sitore. qñ scꝫ ꝛ qñ nō veniūt iudicialiter in materia fidei vel idolatrie p̄tractādi. ¶ Casus quint⁹ inuenit̄. vbi quis per falsos testes accusat̄. atq̄ cōuincit̄ fuisse relapsus in hereses iam dānatas. Ille plane dānabit̄. ꝛ iuste dānabit̄ p ecclesiaꝫ que nō iudicat de occultis. sed de allegatꝫ et probatꝫ p sentētiā ¶ Sextus casus incidens cū quarto. vbi quis etiā leui suspitōne notatus de fide. vocat⁹ fuerit ad iudiciū. ꝛ venire neglexerit. seu cōtēpserit. aut forte nō potuerit. de qua tñ impotentia fidem facere nō valebit. Cum enī summus pōtifex iuxta probata prius. possit tā doctrinalit̄. q̄ iudicialr denūciari deferri: et accusari corā cōcilio generali in materia fidei. ꝛ cultus diuini. nō repugnat casus istos ꝛ similes in ipso posse repiri. qui circundatus est infirmitate sicut dicit apl's Experientie voce loquens.

Cōsideratio. XIX. 2

Auferibilis est vicari⁹ sponsus ecclesie. p eccl'iaꝫ etiā sine culpa sua. q̄uis nō sine causa. ¶ Tangam⁹ similr casus aliq̄s. Ubi corā tota ecclesia vel concilio generali p̄poneret̄. ꝛ probaret̄ per testes q̄ papa q̄ forte est detētus inter saracenos iā obijt. ꝛ cū ecclesia iā nō possit cōmode diuti⁹ remanere sine papa. videtur oīno q̄ in hoc casu conciliū poterit creare nouū papā ꝛ cū nō possint esse duo simul. videt̄ q̄ prim⁹ erit destitut⁹ p conciliū. Posset etiā destitui. vbi cōstaret de vita. si de eo ablata esset spes oīs redeūdi Alter casus est vbi q̄s rite elect⁹ in papam efficeret̄ adeo inutilis. p̄pter indispositiōꝫ corp̄alem. ac p̄pter carentiā perpetuā vsus rōis. q̄ per cōciliū iam p eū cōgregatū dū sane mentis erat. expediret aliter p̄uideri de summo pōtifice. ¶ Alter casus est vbi post electōem canonicā alicui⁹ in papam p cardinales. ipsi cardinales oēs morirēt̄ priusq̄ possent electōꝫ suā canonicā publicare. cōstat q̄ eccl'ia nō tenet̄ hūc recipe p papa. ꝛ ita posset ad electōem alteri⁹ p̄cedere. ¶ Alter casus similis stat cū priori. vbi nullo mō cardinales etiam viuentes possent facere fidē sufficientē de electōne canonica facta circa vnū. q̄lis casus videt̄ eē ꝛ fuisse in scismate p̄ñti si bñ p̄pēdat̄ Et iō circūstātia ei⁹ multū iustificat p̄cessus habitos ꝯtra illos. ꝯtendētes ꝛ aduersus cardīales ¶ Alter casus p̄pter cōem errorē aut estimatōem subditorū. aut ipsoꝝ maliciā generalē de q̄bꝫ nō est p̄sumēdū q̄ vnq̄ debeāt obediētiā prestare tali. q̄ fuit in papā rite elect⁹. tñ alteri nouiter eligendo p̄ati sunt. vt forte si greci vellēt ad vnitatē eccīe redire. dūmō tolleret̄ papa iā existēs ꝛ nou⁹ rite canonice crearet̄. Cōfirmat h̄ imaginatio casus illi⁹ iuxta positōem innocētij ꝛ alioꝝ iuristarum. q̄ dicūt hoīem exp̄sse p̄fessum in religione. posse vxorem ducere pro saluatōe magne gentis aut ad fidem conuersiōe. Cur nō similiter p aliquo tanto bono posset rite electus. p ecclesiā aut conciliū generale destitui bono zelo: et integra charitate: ¶ Casus alter sextus esset vbi per iuramentum et votuꝫ aliquis in Papam rite electus: seipsum ad cessionem obligasset. sed differret hoc adimplere. In scandalum populorum.

putantium ex tali facto pape/ q̄ neq; iura mētis suis obligant/ neq; votis/ q̄lem casum habere videmur in manib; Deniq; ꝛ si casus notati in hac ꝛ precedēti cōsideratōe. vix aut nunq̄ visi fuerint/ nihilominꝰ expediēs est tāgere ad inq̄sitiōem solidiorē veritatis ꝛ ad cōfutatōem illoꝝ. q̄ in iuribus suis scriptis oīa particulatim et sufficiēter arbitrantur esse decisa.

Consideratio. xx.

Auferibilis non est vsq; ad cōsummationē seculi vicariꝰ sponsus ecclesie/ q̄n aliquis certꝰ/ ꝛ vnicꝰ preficiat/ ꝛ hoc lege stante/ ꝛ p̄supposita mundi duratōne lōgissima. Detur oppositū tunc eccl'ia maneret imp̄fecta vsq; ad consummatōz seculi/ nec suoꝝ gauderet integritate mēbroꝝ/ ꝛ p̄sertim mēbri p̄ricipalis. Quocirca cōcludamꝰ sub q̄druplici corollario morali cōformiter ad p̄dicta ꝛ ad alias cōsideratōes alibi notatas sup̄ eadē materia. Et dicamꝰ p̄rio q̄ hi repugnāt ordinatōi xp̄i/ ꝛ spirituisctō rebelles sunt/ qui p̄ntis scismatis terminatōm impediūt modis talib; quos sciūt aut scire debēt/ ad pacē protinꝰ reducendā/ eē vl' inutiles vel nociuos vt si querat fieri pax p̄ reductōem vniꝰ obediētie ad alterā. vl' p̄ vim armatā vel p̄ dispositōem iuris. q̄ nō sunt p̄babil'r ꝛ salubriter expectanda. Nec sufficit dicere. habemꝰ papā xp̄m. sufficit vt credamꝰ in euz/ nam talis vnio ad xp̄m ꝛ si sit necessaria/ nō tñ vsq; q̄q; sufficit/ vt in ea stemus nō p̄curando q̄ntū in nobis est vnionē alterā ad vnū vicariū suū in terris/ de quo cōstat ecclesie. Addimꝰ cōsequēter pro scd̄o corollario/ q̄ hi fallunt ꝛ fallūtur/ qui p̄pter affectōem qualēcunq; cōmodi/ vel honoris/ vel amicitie circa alterū contēdentiū/ tenderēt īpedire suā cessionē/ pro impletōe iuramentoꝝ ꝛ votoꝝ suoꝝ/ ꝛ pacis datōe/ si nollent suā deiectōnē/ vbi hoc agere renuerēt/ īmo p̄rsus q̄nto magis aliq̄s fuerit amicꝰ/ tanto ampliꝰ dz hoc querere vt eoꝝ spūs saluꝰ fiat/ et vt pateat oīb; q̄ ñ zelo malo zelati sunt eos aliq̄ñ/ sed zelo charitatis. licet forte vel error. vel deceptio in iudicio p̄ticulariū agēdorū interuenire potuerit. Dicamꝰ preterea p̄ tertio corollario q̄ hi nutu dei ꝛ spiritussancti (sicut credendū est) inspiratiōe tracti fuerūt. q̄ ad cōuocatōem sacri concilij pisis celebrādi dederūt operā ꝛ p̄mptitudinē prestiterūt/ prestant ꝛ prestabunt. Ille orando. ille exhortando. hic p̄tegendo. ille compendo. ꝛ ita de singulis Impeditores si q̄ essent numerādi sunt inter illos de quib; nūc tetigimꝰ. qui rei sunt detrimentorū omniū tam temp̄aliū q̄ spiritualiū. ex hoc scismate horrēdo nascētiuz qualia vix suffecerit tractatꝰ grādis vel sūmatī enarrare. Nā quō p̄atus esset audire ecclesiā. qui suā congregatiōem vel nollet damnabiliter. vel dānabilius impediret? Hanc cōuocatōem pro finali scuto sue p̄tectōnis ad deū. quesiuit in morte rex frācie karolus q̄ntus. Ad hāc esse debet finalis resolutio oīm qui de scismate nolūt increpari apud deū. immo ad hoc tēdit neutralitas accepta si bene capiat. Dicamꝰ ad extremū p̄ quarto corollario q̄ hi qui sacrū conciliū pisanū constituerāt. sufficientem habeant autoritatē deijciēdi duos cōtendētes. aut suos cōplices. si noluerīt parere dictatis p̄ hoc conciliū. in cessione facienda realiter. ꝛ de facto ꝛ cito ꝛ alijs requisitis. Poterūtq; procedere ad electōez vnius certij vicarij. qui tertiꝰ ꝛ indubitatus ab ecclesia poterit ꝛ debebit reputari. Etiā vbi nō oēs obedire vellem sic electo. quod tamē nō est indebite presumendū. Ecce ergo viginti consideratiōes quodā ordine geometrico se sequētes. Que iūctis alijs sedecim in quarū qualibet initium est vnitas eccl'iastica. Additis q̄z alijs q̄tuor dudū tarascone p̄dicatis. reddūtur xl. consideratōes. Et he qualē possint afferre studiosiorib; cognitōis materiā. sit eorū iudiciū qui viderīt. Postulemꝰ tādem vt inauferibilis spōsus. ecclesie xp̄s. vicariū certū. ꝛ vnicū nobis instituat. ad gloriā noīs sui ꝛ nostrā oīm salutē. prestāte eodē q̄ est benedictꝰ in secula se. Amen.

Sexdecim consideratōnes quarū hic mentionē fecit. paulo post subseq̄nt. 4a Quatuor alie in sermōe tarascone predicato. q̄ incipit Apparuit gratia dei ꝛc. etiā subiungentur. 6m

Sententia Magistri Johannis de Gerson de modo habendi se tempore scismatis.

Ad tollēdū quorūdaz in p̄nti scismate p̄tinaciā in p̄bitatēq; nimiā specialiter in patria flādrensi. si p̄

meritis aut falsꝫ assertōnibꝫ suis/certissima ꝛ pnicioſissima scismata formāt/ꝛ fraternā violāt caritatē/Dū boies ab obediētia debita suoꝝ supiorū auertunt. Dū postremo ꝑ instabili sua opiniōe/ꝛ humana traditōne/legē dei sanctā ꝛ stabilez deserere/contēnere/ꝛ violare compellūt. Dignā duxi quedaz fundamētalia ꝑ me posita/saluo semp in omnibꝫ supioꝝ ac sapientioꝝ iuditio nūc sub aliq̄rum ꝯclusionū compendio ponere. Quocūqꝫ de papatu ꝓtēdentiū demōstrato nō ē hereticū dicere. A nō est papa. Jn casu ꝑdicto stat aliquos esse apō quos iſtud ꝑtinaciter asserere A nō est papa sapet heresim. Jn scismate pñti tā dubio/temerarium/iniuriosuz ꝛ scandalosuz est asserere oēs tenētes iſtam ꝑtem/vel alteraz/vl̄ omnes neutrales etiaz absolutos/eē vniuersaliter extra statū salutis. vl̄ excōmunicatos/vel rāonabiliter de scismate suspectos Jn scismate pñti licitū immo cautū est pſtantibꝫ obedientiā isti vel illi/eaz sub ꝯditōe tacita vl̄ expressa tribuere. Quacūqꝫ ꝑte demōstrata temerariū/ꝛ scandalosum/ꝛ sapiens heresiz est asserere/sacramēta ecclesie suam efficaciā non habere/aut sacerdotes/non esse ꝯsecratos/ pueros nō eē baptisatos sacramētū altaris non esse ꝯfectum/ꝛ similia. Jn scismate pñti temerariū ꝛ scandalosum est/asserere q̄cūqꝫ ꝑte demōstrata/q̄ non licet audire missas eoruz vel sacramētis non coicare/ ꝑsertim attēta diuersitate locoꝝ/tēporuz/atqꝫ ꝑsonarum Possibile est aliquos vere ꝑti assentientes esse veracit̄ scismaticos/ꝛ aliqꝫ false ꝑti modo ꝑdctō assentiētes/scismaticos nō existere Salubrius/iusti⁹/ꝛ tutius/est quere re vnionē ecclesie insistēdo circa ꝯtēdētes de papatu/ꝛ hoc ꝑ viā cessiōis vtriusqꝫ/vl̄ subtractōis obediētie/ vel alterius licite coactionis/q̄ꝫ subditos ꝑ excōicatōis cēsuraz vel aliter vexare/seu turbare/aut q̄ vna ps ꝓpianitatis ab alteri⁹ coione ꝑtiaciter sepeꝛ Rō ꝑme ꝯclusiōis hec ē/q̄m nlla ꝓpositio/ad cui⁹ ꝟificatōz exigit̄ ꝟitas vni⁹ ꝓpositōis ꝯtingēt ꝛ ad fidē iptinēt ē de nccita te aut integritate fidei. Nā sic̄ ꝓpositō copulatiua/cui⁹ vna ps ē ꝯtingēs. ē tota ꝯtingēs cui⁹ vna ps ē falsa aut ipossibil̄. ē tota falsa aut ipossibil̄/sic ī ꝓposito. Dōstat ād ad ꝟificatōz illi⁹/ A ē papa. exigit̄ ñ solū vna ꝫ mlte ꝯtingētes/pure eē ꝟas. vt q̄ electō sit rite celebrata/ꝛ ab ill̄ q̄ bēāt ptātem/ꝛ ꝯsiles mlte. Ex sili rōe colligit̄ q̄ q̄cūqꝫ sacerdote demōstrato/ista nō ē hereticā/ iste nō ē sacerdos ꝛ ꝯsequent̄ sequit̄ q̄ nec ista ℔ nō ē corpus xp̄i in altari ꝛc. Rō scōe ꝓpositōis q̄m ꝓpositio ōz sapere heresim. q̄m ex ipa coassūptis aliq̄bꝫ verꝫ/q̄ rōnabilit̄ negari nō pñt sequit̄ errorī fide/ꝫ possibile ē aliq̄s hoies ꝑ reuelatōz/vl̄ alit̄/sic certificatos eē. q̄ oia rite facta fūt ī electōe/ꝛ ꝯsecratōe ei⁹ ī papā A/q̄ rōnabilit̄ dubitare tūc nō pñt. Dicit negāt A eē vel fuisse papā incidūt ī errorē illū q̄ rite elect⁹ ꝛ ꝯsecrat⁹ in papa/nō ē nec vnq̄ fuit papa/ꝛ q̄ ñ succedit petro/ꝛ similia q̄ sūt hereticā. Rō tertie ꝯclusiōis q̄ mlti sūt ex vtraqꝫ ꝑte/ꝛ neutrales/ q̄bꝫ non est materia ista clarificata/q̄n rōabil̄r possint negare vel dubitare istā ꝓpositōz q̄cūqꝫ ꝓtēdentiū ōmōstrato/ A ē aut fuit rite elect⁹/ A nō ē scismatic⁹/aut heretic⁹/ꝛ ꝯsiles ad q̄s seq̄t̄ A nō ē papa. Assūptū docet experientia ꝛ tot doctoꝝ diuerse aduersaq̄ snie. Et constat multos eē simplices q̄ ad talia dubia ī uestigāda nō tenent̄ alios seq̄ / nec mouēt fauore/vel odio/seu q̄stu ad nō ꝯsentiēduz huic parti vel illi/ꝛ pati sūt obedire vitati sufficient̄ agnite/nec sūt ꝑtinaces/ igit̄ nec excōicati/ nec de scismate rōnabilit̄ suspecti. Tota rō fūdat̄ in ℔ q̄ nūqꝫ fuit tā rōnabilis vehemēs cā dubitatōis/in aliq̄ scismate sic̄ in isto. Cui⁹ signū euidēs ē varietas opinionū doctoꝝ/ꝛ int̄ doctissimos/ꝛ probatissimos ex vtraqꝫ ꝑte/q̄netiā suppletis eis q̄ facti sūt ꝯcessis/adhuc restarēt q̄ones iuris ad vtrūlibet disputabiles/q̄ oia incertitudinē rōabilē generāt in ℔ scismate/ꝛ ab errore pnicioso plures excusant. Pōt igit̄ illud dici rōnabilit̄ dubitabile q̄ ꝑlimi et maxie sapiētes dubitabile reputāt ꝛ ꝑdicāt Rō q̄rte ꝯclusiōis colligit̄ ex ꝑcedēti/ꝛ simile de adoratōe hostie ī altari/dū occurrit aliq̄ dubitatio/q̄ ꝑbr̄ celebrās nō cōpleuerit oia rite ad ꝯsecratōz req̄sita / suffic̄ ei adorare sub ꝯditōe ipl̄icita/imo sp dz sub iūgi ꝯditio ipl̄icita ista vicz vel simil̄. si oia rite facta sint ꝟm institutionez xp̄i ꝛ ecclesie Patet igit̄ in casu ꝑsentis scismatis. tam dubio ꝛ q̄ō non tā ꝓpriet angit statū salutis ꝛ ꝛ fidei. non poterit aut debebit apponi cōditio ista vel ꝯsimilis/si talis fuerit canonice electus/ꝛ consecratus/ꝛ non sit hereticus/aut scismatice deprauatus. Ratio quinte conclusionis manifesta est aduertēti/quoniā neq̄ scisma/ neq̄ hereses/ neq̄

l

